

SCIENTIFIC PAPERS








9
K
342

▽ 9 K 342

Reinhardt.



KARL REINHARDT

COMMENTATIONES

IN HONOREM

FRANCISCI BVECHELERI

HERMANNI VSENERI


EDITAE

A SOCIETATE PHILOLOGA BONNENSI

BONNAE

APVD ADOLPHVM MARCVM

MDCCCCLXXIII



COMMENTATIONES

IN HONOREM

FRANCISCI BVECHELERI

HERMANNI VSENERI

EDITAE

A SOCIETATE PHILOLOGA BONNENSI

BONNAE

APVD ADOLPHVM MARCVM

CIDCCCCLXXIII



D 1960. 1514

Gull

FRANCISCO BVECHELERO

HERMANNO VSENERO

S.

Annus fere est, praeceptores dilectissimi, cum ad alienarum cathedrarum honores vocati Bonnensem hanc vestram provinciam tenere uterque maluistis. tunc quia laetitiam nostram latere nolimus, grati animi testimonium rebus non verbis reddere destinavimus. igitur levidense hoc pietatis

uk

nostrae documentum ut benigne accipiatis rogamus: in quo si quid boni insit id omne vestrum esse sciatis. valete.

Scribebamus mense Iulio anni CIOIOCCCLXXIII.

HERMANNVS DIELS Wisibadensis.

GEORGIVS KAIBEL Lubecensis.

AVGVSTVS FRESENIVS Wisibadensis.

FRIDERICVS SCHULTESS Saxoborussus.

GVILELMVS MOELLER Megalopolitanus.

FRIDERICVS DE DVHN Lubecensis.

CAROLVS REINHARDT Neovidensis.

FRIDERICVS LEO Regenwaldensis.

CAROLVS GOEBEL Rhenanus.

CHRISTIANVS BAIER Hassus.

OSCAR BRVGMAN Wisibadensis.

HERMANNVS DE ROHDEN Barmensis.

GVSTAVVS HEYLBVT Hamburgensis.

LVDOVICVS MARTENS Hamburgensis.

THEODORVS BIRT Hamburgensis.

FELIX HETTNER Ienensis.

OBSERVATIONES CRITICAE

AD

L. ANNAEI SENECAE OPERA MINORA.

SCRIPSIT

FRIDERICUS SCHULTESS.

Accipite, magistri dilectissimi, hos lectionis Annaeanae fructus quantuloscumque, quibus ea continentur studia, quae vobis olim ducibus liberiore tum animo incohare mihi feliciter licuit. maiora ut componerem, non suffecit otium a puerorum institutione semigallicorum adhuc relicuum. memini autem vos praeter ceteros ne minima quidem litterarum praemia abicere solitos. contentum me fore accipite, si aliqua vestrae institutionis vestigia in hisce agnoscere non recusaveritis.

Magna pars harum disquisitionum pertinet ad eos libros, quos de consolatione Seneca ad Marciam, Polybium, Helviam scripsit.

Cons. Marc. I, 5. — Consolaturus Marciam filii mortem querentis respexerat auctor ad ea, quae priore tempore mala aequae gravia tulisset; tum videlicet cum pater Cremutius Seianianos satellites voluntaria morte fugeret. nimirum ut illud ita nuperrimum quoque vulnus aliquando sanatum promittit et cicatrice obductum iri. hic sententiarum nexus, unice quidem rectus, ut iusto ordine efficiatur, quinta paragraphus hoc modo restituenda est: *et vide quam non subreptam tibi nec furtum facere affectibus tuis cogitem: antiqua mala in memoriam reduxi, et ut scires hanc quoque plagam esse sanandam, ostendi tibi aequae magni vulneris cicatricem*. quae tradita sunt verba obscura *et vis scire*, sive affirmantis sive interrogantis esse dixeris, male latina sunt et cogitationum progressum per obliqua trahunt.

Cons. Marc. XVIII, 6. Fickertus edidit: *quid? lapidum*

gemmarumque fulgor et inter rapidorum torrentium arenas aurum interfluens . . . — tradita vero codicibus optimis haec sunt: et inter rapidorum torrentium aurum arenis interfluens'. hinc profectum est Haasii tentamen (et) *in terra* rapidorum torrentium aurum arenis interfluens'. sed id quidem tanto auctoris nomine parum dignum iudicaveris, ut quod pro dubiis dubia ac superflua ingerat, at unum vocabulum (et), quod et certum est et necessarium, aboleat. id quod Fickertus scribi voluit, quamquam et simplex et latinum, e codicibus parum commendationis habet. immo librorum vestigia eo ducunt, ut praepositionem a Seneca omnino huc non adhibitam, sed ex verbo interfluendi, quod dativum simplicem prorsus non recusat, reperceussam et a posteriore librario adiectam putemus. Optime autem genitivus torrentium' ad aurum referetur.

Initio ep. XXI Haasium mutasse video, quod ab auctore audacter quidem sed non temere scriptum fuit: primum puta illi superfuisse'. consulto auctor minus distincte dixit. neque illud *multum* cogitando recte suppleveris, sed potius *aliquid*, ut hinc ad ea quae sequuntur maiora quasi per gradus procedatur.

Eiusdem capituli §. quintam, antea satis turpiter demutatam, Haasius fere ad antiquam formam reduxit. nonnulla tamen minus placent. quorum primum est illud a Fickerto quoque neglectum: τρία *ζῶλα* quae initio posita sunt in unam coniungenda esse sententiam. fixus est cuique terminus: manebit semper ubi positus est, nec illum ulterius diligentia aut gratia promovebit'. — Quae sequuntur poterant magis ad codicum indicia refingi. sic habe: *illum ex consilio periisse*'. cf. XXI. init. puto autem aequae facile cogitari periisse eum secundum summi numinis consilium ac voluntatem' atque id quod addita voce *nihil* servatoque perdendi verbo Haasius voluit nihil illum perdidisse ex eis, quae sibi constituta essent, sive rebus sive temporibus'.

Cap. XXII, 2. — Quae hoc loco de periculis morum innocentiae obstantibus sapienter Seneca exponit gravi vitio infecta sunt, quod tamen facili cura sublatum iri speramus. quid enim sibi vult necessitatis notio in illis: aut sera eoque foedior luxuria invasit *coegitque* dehonestare speciosa principia? quam torta ista sententiae conformatio. emendandum est una littera mutata: *coepitque* dehonestare speciosa principia'.

ipsa vicinitas verbi invadendi nostrum inventum vel maxime commendaverit.

Cons. Polyb. V, 3. pro certo habendum est nihil esse illi posse acerbius quam [hic] si tibi casus eius acerbus est. suo iure Haasius de isto pronomine *hic* graviter dubitavit, ut quod inutile sententiae, collocationi autem verborum plane incommodum sit. minus recte id prorsus abolere voluit. scribendum est: quam *hoc*, si tibi casus eius acerbus est. etenim qui accuratius inquisiverint facile observabunt, solere auctorem nostrum, priusquam sententiam subordinatam, quae coniunctione praemissa regitur, incipiat, demonstrativum antea et quasi praemonstrativum pronomen ingerere, quo tamquam adminiculo illud quod dependet enunciatum nitatur ac firmetur. compara huius usus exempla in hoc ipso libello obvia: 14, 5 vir in hoc natus ne urbi Romanae Scipio deesset. XV, 2 quem fortuna in hoc erexerat, ne minus alte eum deiceret. cf. Helv. cons. XVIII, 2. in epistulis quoque legitur: in hoc me recepi, ut prodesse pluribus possem. — Eadem observatione alium praeterea locum ab Haasii tentatione puto iuste defendi. legitur in cons. Helv. XIII, 7: inventus est tamen, qui in faciem eius inspueret: poterat [ob] hoc moleste ferre, quod sciebat neminem id ausurum puri oris?

Is vir doctus quod praepositionem *ob* uncis inclusit, pronominis vim eam esse voluit, ut retro spectaret ad illam inspuedi iniuriam. nos vero codicum auctoritatem secuti alterum praefereamus: non ut proximam illud repetat sed ut insequentem sententiam quasi praeparet et causalem notionem praepositio causalis introducat. cf. XII. 5. ep. 78, 18.

In ep. XVIII secunda paragrapho Haasii dubitationem, quae eum iusserat verba ultima *quippe et ipsa intereunt* tamquam spuria eicere, puto facillime tolli, modo sic eam audeamus mutare sententiam: cetera quae per constructionem lapidum et marmoreas moles aut terrenos tumulos in magnam eductos altitudinem constant, non propagant longam diem, *quippe et ipsa intereuntia*. haud parvam ea coniectura commendationem habeat ab eis quae sequuntur duabus litteris.

Cons. Helv. XIV, 3. *non potes ea in crepto filio desiderare, quae incolumi numquam ad te pertinere duxisti.*

Haasius mutatione admissa perquam commoda praepositionem *in* repetivit. quod etsi hic quidem toleres, alter tamen

est huic simillimus locus qui nobis persuadeat, observandum potius scriptoris usum, quam temere mutando violandum. Cp. XVI, 5 haec leguntur in codicibus optimis: tantum debes a feminarum lacrimis abesse, quantum vitiis. nihil nos moratur, quod in deterioribus, quos ne Hasius quidem ullius preti esse iudicat, adiectum est *a vitiis*. nempe iam illi priscei homines docti idem quod Haasius coniecerunt. traditi igitur sunt utroque loco simplices ablativi *incolumi* (abl. absol.), *vitiis*. neque est omnino cur is usus offendat in scriptore argenteae aetatis, poetarum imitatore, concinnitatis quam artissimae sectatore. utroque loco vetamus praepositiones in verba recipi. cf. de Ben. I, 6, 3: sicut ne in victimis quidem . . . deorum est honor, sed pia ac recta voluntate venerantium.

Ultimum in hoc dialogo tangimus locum corruptissimum, cuius ad restituendam formam antiquam nec codicum vestigia, nimis illa obscura et abrupta, nec virorum doctorum sagacitas multum proderit. elevare vult auctor capituli XII. initio incommoda paupertatis, non praeceptis sapientium, sed exemplis ipsius vitae. ac primum exponit (non amplius quattuor verborum versibus), quibus rebus pauperes praestent divitibus, animi scilicet hilaritate et securitate. tum ad locupletes statim pergens e largiore haurit materia, quam multis temporibus sint divites ad condicionem pauperibus similem redacti. verborum difficultas est in eo ipso transitu. in libris reperiuntur hae litterae: transeamus apespenonob veniamus ad locupletes: quam multa sunt tempora quibus pauperibus similes sint? certa sunt duo verba, *transeamus* et *veniamus*. de mediis fragmentis res redit ad coniecturas. antiquitus propositum est a doctis ut scriberetur: transeamus *a pauperibus* et veniamus. Fickertus saniore quodam iudicio ductus maluit: transeamus *inopes*, *nunc* veniamus. nec vero aut necessitas aut occasio erat commemorandi inopiam. cuius commoda vix de cynicorum grege philosophus laudare ausit. immo eam dicit paupertatem, quam Horatius quoque, villae in Sabinis possessor et Caesarum amicus, tot locis celebravit ac suam professus est. Haasius ad prisceum illud rediit: *a pauperibus nunc*. quod ut e litterarum vestigiis paene nullum habet praesidium, ita propter rem ipsam minus ferendum est. qui enim fieri potuit, ut post illa viginti fere verba, quae de pauperum meliore sorte fecerat, tantis ambagibus transitum scriptor in-

stitueret? itaque cum huic quidem consilio simplex locutio *veniamus ad locupletes* plane sufficiat, dilucide apparet, trans-eundi notionem hoc loco non eam esse, ut ab una re antea tractata ad aliam procedatur, sed ut una aliqua res nomine tantum tangatur nec ampliore quaestione tractetur. quod si quaeritur, qui illi sint quos transire se velle scriptor dicat, nihil est probabilius, quam esse quoddam pauperum genus, quod peculiarem ob causam communi legi antea statutae non conveniat. quinam autem homines pauperes hilaris illius animi, pecuniarum curis non districti, sunt expertes? nempe qui natura et indole asperiores ac sorte sua numquam contenti maiorum cupiditate inquietantur. itaque scripsisse auctorem duco: *transeamus asperiora ingenia. veniamus ad locupletes*. asperiora ingenia qualia cogitanda sint interpretaturis tamquam vocatus adest locus Vergilianus (Aen. VIII, 365): *aude hospes . . . rebusque veni non asper egenis*. contraria sunt ea laetis hilaribus contentis. ceterum complures loci simillimi ea occasione ab editoribus comparantur. vix opus erit, e codicum scriptura illud propositum nostrum longius commendare. etenim quamquam vel secare et urere audeamus in tanta verborum corruptione, felicius actum est, quod leniore medela idem nos effecturos sperare licet. priores litterae verbi *asperiora* ipsae datae sunt; *non* nihil est nisi *riora*, nota similitudine litterarum; *ingenia* videntur ante vocem *veniamus* excidisse, quia tres syllabae in utraque similes oculum fallebant.

De brev. vit. ep. VI. fine haec leguntur verba, quibus eos incusat, qui tempus abire ut rem supervacuum ac reparabilem sinunt: *non enim apprehenditis nec [retinetis] velocissimae omnium rei moram facitis*. Fickertus cum post v. *retinetis* maiorem caesuram fecerit, inepte alteram enunciati partem negatione sublata ita deformavit, ut contrariam ei, quae postulatur, ferret sententiam. sapientius Haasius retinendi verbum non a Seneca scriptum putavit sed a librario interpretandi causa adiectum esse. rara quidem omnino sunt in Senecae librorum traditione talis interpretationis indicia; tamen id emendandi genus haud improbabile videretur, nisi simplicius remedium in praesto esset. vetamus quicquam mutari. litterae rectius inter se iungendae sunt: *non enim apprehenditis nec retinetis vel ocissimae omnium rei moram facitis*. ne quis falsa ingerere nos opinetur: non ut negatio

simpliciter continetur, particulam *vel* proponimus; unice enim tolerabilis foret *aut.* sed illam, quae est restringentis ac limitantis, particulam, cui saepe insuper additur *potius* aut in negativis *certe*, arbitramur eo consilio a scriptore positam, ut retinendi vis aliquanto minueretur; quoniam difficile videbatur, rem perpetuo moventem se ac volventem subito iussam retineri et remanere, facilius eam moram pati et tardius ire. differunt enim retinere et moram facere. ocissimum tempus iuste dicitur, postquam tot res poetae enumerarunt, cervos, ventos, al., quibus id ocus ire quererentur.

De brev. vit. in confinio capitum VIII et IX obvia sunt apud Haasium corruptelae et desperationis signa asterisei. agitur de hominibus nimis semper occupatis, quos animus negotiis districtus numquam sinit sui memores esse et meliorem sequi vitae rationem.

Cod. B: potestne quisquam sensus hominum eorum dico qui prudentiam iactant operosius occupati sunt ut melius possint vivere impendio vitae vitam instruunt cogitationes suas in longum ordinant. in cod. A diversum unum est vocabulum *quicquam*. hoc Haasius recepit quidem sed quam nihil inde boni nactus sit asteriscis positus ipse prodidit. magis autem displicet, quod haec putavit esse Senecae verba: 'sensus hominum, eorum dico qui prudentiam iactant, operosius occupati sunt'. male dicuntur sensus occupati esse; difficilius autem intelligitur, quid illae sibi velint locutionis ambages *eorum dico qui*. — Una vocalis mutanda est: 'potestne quisquam sensus hominum eorum *dici*, qui prudentiam iactant? operosius occupati sunt'. nullum ait esse eorum sensum, qui sibi videntur prudentes, quod in longos annos actus suos disposuerint. et cum *παράδοξως* dictum sit, insanire prudentes, causam tam severi iudicii ipse statim subicit. inutile putamus, etiam vocabulum *sensus* mutari et substitui adiectivum *sanus*.

Dial. I. ep. IV. init. Fickertus scribit: 'prospera in plebem ac vilia ingenia deveniunt: at calamitates terroresque mortalium sub iugum mittere proprium magni viri est'. codex optimus Ambrosianus: *prospera re sed*, secunda manu: *prospera res et*. cod. huic proximus Berolinensis: *prospera re sed*. nescio equidem cur Fickertus arcana adeo sub his vestigiis latere putaverit, cur etiam Haasius desperantis professionem fecerit. nempe cum sententiae perspicua necessitas eam fere

notionem exigit, ut prospera *etiam* in plebem devenire, ardua vero et terribilia magni viri βασιλέως esse dicatur: quid est simplicius, quam hoc modo vocales traditas inter se iungere: *prosperae res et in plebem . . .*

Cons. Polyb. 13, 3. sperare se ait Seneca, principem aliquando causam suam retractaturum et aequum iudicium laturum esse. viderit qualem volet esse existimet causam meam in libris scribitur. quod cum aperte falsum sit, Lipsius Fickertus Haasius emendarunt: *viderit qualem volet esse et aestimet.* ita copulam quidem antea illam desideratam callide ingesserunt, at verbi videndi usum parum curaverunt. quod simpliciter per se positum non est nisi percipere visu sive visum attendere, nec potest, si ad animi actum refertur, aspiciendi intuendive significationem, unde qualitatis notio pendeat, assumere. scribendum igitur est: *viderit et qualem volet esse existimet causam meam.* lenior est, ni fallor, haec quam Lipsiana mutatio.

De tranqu. an. IX, 5. vehementer Seneca vituperat illam regum Ptolemaeorum munificam curam librorum comparandorum. non elegantiae opulentiaeque regiae opus id fuisse ait, sed studiosam quandam luxuriam, quae in apparatus tantum compararet. nostrae aetatis homines litterati minus severe ea de re iudicaverint; Seneca quoque adversarios suae sententiae audire sibi videtur haec fere dicentes (§. 6): *honestius hoc te impensae quam in Corinthia pietasque tabulas effuderint.* haec eos dicere codicum optimorum auctoritas vult nobis persuadere. sed frustra. immo cum falsa esse ea verba appareat, nec tamen de sententia ulla sit dubitatio: varie ea emendare docti studerunt. nos quidem nihil ex iis probare potuimus, quae eius generis in editione Fickertiana congesta sunt. qui ea invenerunt aut a litteris traditis nimis recesserunt, aut nec sana omnino nec latina — veluti Fickertus ipse — dederunt. Haasius asteriscum solito more posuit. nec tamen credibile est in tanta sententiae simplicitate ac perspicuitate, lacuna facta complura verba excidisse, neque graviolem utique corruptelam subesse. ego suadeo: *honestius, inquis, huc se impensae quam in Corinthia pietasque tabulas effuderint.* nescio autem, quid his duabus litteris mutatis aut aptum minus aut obscurum relinquatur.

Difficilius erit insequentis capitis initio formam veram

et antiquam reddere. aliquid meritum fortasse tamen etiam in eo erit, ut indicetur, qualia ea verba fuerint quae nunc longi temporis situ et corruptela aut deleta aut obscurata sunt; etsi verba ipsa detegere felicioribus sit permittendum. — Sapientissime auctor exponit, quanta sit in hominum vita consuetudinis vis ad elevanda mala et perferenda. cogita compeditos primo aegre ferre onera et impedimenta erurum. deinde ubi non indignari illa sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile. inuenies in quolibet genere vitae oblectamenta et remissiones et voluptates: si nolueris, malam puta te vitam potius quam invidiosam facere'.

Fateor me frustra operam dedisse, ut ex his quae in ultima sententia Haasius edidit sanum sensum elicerem. maxime displicet nolendi verbum: quis enim nolit oblectamenta vitae, modo praebentur, accipere. ceterum quantum a librorum reliquiis recedant, exteriore habitu ipsa declarant; siquidem rectissime solet Haasius, quae a codicibus A et B, solis illis fontibus liquidioribus, discrepantia edit, scriptura diversa notare. tradita haec sunt (in cod. A): si volueris mala putate via potius quam invidiosa facere'. satis ansae auxiliique habemus a duobus verbis *mala et invidiosa facere*. cui enim non recurrat eorum mentio quae paullo ante dicta erant (ubi non indignari illa sed pati proposuerunt'. profecto illa nostra sententia eundem sensum, leviter inflexa locutione, exprimit. et nonne verum est etiam in duriore vitae genere aliquas reperiri remissiones et voluptates, si labores doloresque nostros pati potius didicerimus quam aversari et perhorrescere? itaque extrema utrimque verba iusta et certa esse puto: *si volueris mala potius quam invidiosa facere*. Medium vero locum, ubi nunc corrupta illa *putate via* habentur, obtinuit haud dubie adiectivum quoddam, quod invidioso contrarium idem fere valeret atque consuetum sive familiare vel certe tolerabile. suspicabar olim subesse illis *sucta ac lenia*. displicet tamen locutio duplex. itaque hoc quidem abieci. verum num repererim ipse dubito; confido tamen verisimillimum me daturum, si Tulliano verbo et philosophis haud incegno usus scripsero: si volueris mala *patibilia* potius quam invidiosa facere'. litterarum similitudinem haud parvam quis agnoverit.

Statim in secunda eiusdem capituli paragrapho alia est

difficultas. tradita quidem haec sunt: nullo melius nomine natura de nobis meruit, quam cum sciret quibus aerumnis nasceremur, calamitatum mollimentum consuetudinem invenit, cito in familiaritatem gravissima adducens?

Qui ediderunt omnes existimarunt, inter particulas *quam* et *cum* mediam interponendam esse *quod*. at ea ipsa trium congregatio poterat docere, quantopere ab elegantia omnique Senecae usu aliena esset talis sententiae conformatio. scribendum enimvero est: nullo melius nomine de nobis natura meruit, *quae* cum sciret consuetudinem invenit. falluntur autem qui opinantur fieri non potuisse quin comparativum gradum particula comparativa *quam* exciperet. hoc certe loco duplex est excusandi argumentum. primum enim cum iam antea illud naturae beneficium meritumque aperte significatum sit, apte potest cogitando suppleri: nullo melius quam illo quod antea commemoravimus beneficio natura de nobis meruit? Praeterea liberior est et minus astricta comparativi vis et usus in rhetorico illo comparandi genere, quod, ut de uno affirmet, de ceteris omnibus negat; neque adeo differt a superlativo: optime natura meruit . . . quae invenit?

Propositum erat quaestionibus nostris, quae quidem ad minora Senecae opuscula pertinent, hunc finem imponere. sed occurrunt duo epistularum loci quorum de utroque nova ipsi videmur proferre posse.

Ep. 67 auctor Lucilio respondet de una ex illis quaestionibus tam subtilibus quam inutilibus, quibus etiam Stoicorum familia, imprimis posteriorum temporum philosophi operam dederunt: num omne bonum sit optabile. dissentire se ait ab eis qui tormentorum fortem patientiam non esse optabilem, sed ne abominandam quidem existiment. cur ita sentiat, statim exponit. primum quia fieri non potest, ut aliqua res bona quidem sit, sed optabilis non sit. deinde si virtus optabilis est, nullum autem sine virtute bonum est, omne bonum optabile. deinde etiamsi *** tormentorum fortis patientia optabilis est. etiamnunc interrogo: nempe fortitudo optabilis est? libere fatemur, si quid sani e verbis traditis potuit elici, ab Haasio probe factum esse. qui tamen aperte ipse indicavit, quantae praeterea supersint difficultates. minus comprobo quod asteriscis positus lacunam statuit. ipsa syllogismi necessitas quaeque ea exigitur orationis concinnitas

vetat maiori argumentorum verborumque copia ad conclusionem pergi. etenim quamquam priores tam distincte vix perviderunt tamen constat, ad probandam suam sententiam, qua omne bonum optabile esse affirmaverat, duplici argumentatione auctorem accedere. primo enim concludit e propositione generali, cuius summa erat, virtutem optabilem esse; postea illud argumentatur, quod consentaneum ponit, ipsam fortitudinem optabilem esse. atque huius argumentationis finis est: et tormenta patienter ferre optabile est.

Huic simillime puto etiam priorem conclusionem conformatam fuisse: *etiam tormentorum fortis patientia optabilis est.*

Codicum vestigia perlustrantibus ultro occurrit, tria haec verba *deinde si etiam* intra trium versuum spatium bis repetitas haberi. quod non sine gravi mea suspitione factum est. minime enim convenit Senecae arti scribendi, duas illas particulas *deinde si* repeti, postquam vix decem verba intercesserunt. praeterea si sententiarum conexum consideramus, sapientibus apparet, non potuisse id scriptoris esse consilium, ut novam propositionem et condicionem prioribus adiungeret, sed ut ad conclusionem ipsam statim procederet. in hac autem illis particulis non est apta sedes. sunt igitur spuriae. probabile autem eas oculi errore duorum versuum finitimorum initia aequalia confundentis irrepsisse. itaque haec iam est enunciati nostri forma nova iucude reparata. *deinde si virtus optabilis est, nullum autem sine virtute bonum est: omne bonum optabile, etiam tormentorum fortis patientia optabilis est.* de ceteris Haasio assentior.

Ep. 103, 4. Optima et certissima haud dubie est ea emendandi ratio, quae codicum spectatissimorum lectiones antea aut fortuito aut consulto neglectas reducit ac sua sede reponit. certe ea ad restituendi notionem, saepe illam praepropere ad dubia inventa adhibitam, proxime accedit. liceat eius generis unam emendationem ultimo loco proponere. in parva illa sed omnium pessime tradita epistula 103 auctor Lucilio id maxime dat praeceptum, ut ne temere hominum voltibus fidat. Ita cogita, quod ex homine periculum sit, ut eogites, quod sit hominis officium. alterum intuere ne laedaris, alterum ne laedas memineris quae praestare debeas quae cavere. tum pergit: *Sic vivendo quid consequeris? Non [te] ne noceant, sed ne fallant.* prior illa sententiae pars,

quae est interrogantis, primo obtutu videtur plana et aequa esse. tamen istud *consequeris* (ambiguum praesensne an futurum) editorum arbitrio debetur. etenim ei ipsi homines docti, qui huic epistularum parti eam normam rectissime stauerunt, ut in dubiis semper codicis Bambergensis et eius, qui in nostra olim urbe fuit, fides praevaleat utque hoc fundamento omnis ars critica niteretur, nostro loco eorum auctoritatem prorsus neglexerunt. traditus habetur modus coniunctivus *consequaris*. atque hunc nos acriter defendimus, quia interrogandi notionem, unde is pendeat, scribentis animo observatam esse maxime probabile est. omitti autem illam Senecae consuetudini plane est consentaneum.

Non opus est demonstrare corrupta esse quae in libris leguntur verba *non te ne noceant*. nec minus falsum et male latinum est, quod omisso pronomine *te* Haasius edidit *non ne noceant*. ego non abiciendas puto istas duas litteras: sunt illae veri reliquiae. nec dubito quin Seneca scripserit: sic vivendo quid consequaris? non *teneo* ne noceant, sed ne fallant. tenendi notio est usitatissima illa atque huic loco aptissima: sustineo, affirmo (leiste gewaehr, garantir, $\beta\epsilon\beta\alpha\iota\omega$). sic interpreto: non hoc quidem teneo te consecuturum, ne noceant, sed ne fallant. quod superest, litterae ipsae inventum nostrum commendent et verum esse persuadeant.

Scriptum Argentorati.

Rec. in Bursian, Jahrbuch. B. I. 1873. p. 576. von Lusemitz
und Dr. II. Jahrg. 1874-75. 7. Heft. p. 494. von Blass.

QUA VICE NESTORIS ET ULIXIS PERSONAE IN ARTE RHETORICA FUNCTAE SINT.

SCRIPSIT

CAROLUS REINHARDT.

Telephus Pergamenus in libro quem scripsit *περὶ τῆς κατ' Ὀμηρον ῥητορικῆς* Homerum poetarum principem artis quoque dicendi inventorem declaravit. atque ut causae quoque cognoscantur de quibus etiam hac oratoria laude poetam ornare voluerit, integrum locum transcribam qui extat in fragmentis de arte rhet. editis a Spengelio *συγγ. τεχν.* p. 210 sq.: τὸ δὲ ἀληθές ἐν τοῖς ἥρωσι πρῶτον ἐφάνη (ἢ τέχνη) . . τούτο δὲ κατὰδῆλον ἐποίησεν Ὀμηρος· εὐρίσκομεν γὰρ παρ' αὐτῷ καὶ συμβουλευτικὸν εἶδος, ὅσπερ διὰ τοῦ Νέστορος· τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέειν ἀδῆ¹ καὶ δικαιοκλὸν καὶ ἔπεια νηράδεσσαν ζοικότα². δεῖ γὰρ τὸν μὲν σύμβουλον εἶναι γλυκὸν καὶ τοῖς ἀκροωμένοις ἀρέσκειν, τὸν δὲ δικαιοκλὸν μᾶλλον ῥώμῃ καὶ διανοίαις ἀκμάζειν, ὅθεν ἑκατέρω τὸ προσήκον ἀπένευμε. καὶ οὐ Ὀμηρος τὰ σπέρματα τῆς τέχνης κατέβαλεν ἐδήλωσε Τήλεφος ὁ Περγαμηνός³ ὅστις τέχνην συγγραψάμενος ἔγραψε περὶ τῆς κατ' Ὀμηρον ῥητορικῆς καὶ περὶ τῶν ἰγυσιάζσεων. ex iis quae his simillima leguntur in proll. ad Hermogenis status (Walz rh. gr. IV, p. 10) etiam haec me sinas exhibere: (εἴγε θεωροῦμεν) τῷ συμβουλευτικῷ (εἶδει) τὸν Νέστορα διαλεγόμενον πρὸς τὸν Ἀγαμέ-

¹ II. A, 249.

² II. Γ, 221.

ἀλλ' ὅτε δὴ ὅσα τε μεγάλην ἐξ στήθεος
καὶ ἔπεια νηράδεσαι ζοικότα χειμερίσιν,
οὐκ ἂν ἔπει' Ὀδυσῆϊ γ' εἰρίσσειεν βροτὸς ἄλλος.

³ Cf. Suid. s. v. Τήλεφος Περγαμηνός· ἔγραψε . . περὶ τῶν κατ' Ὀμήρω σχημάτων ῥητορικῶν βιβλία β' . . περὶ τῆς κατ' Ὀμηρον ῥητορικῆς. περὶ τῆς Ὀμήρου καὶ Πλάτωνος συμφωνίας. . .

μνονα καὶ τὸν Ἀχιλλέα, τῷ δὲ δικάζοντι τὸν Ἰθακήσιον Ὀδυσσεῖα· φησὶ γὰρ περὶ αὐτοῦ ὁ ποιητὴς καὶ ἔπεα κλ. atque haec quidem Spengelius (Σ. T. p. 7) iam dudum eidem Telepho vindicavit. sed non primus auctor ille habendus est eius egregiae interpretationis, quippe cuius vestigia longo ante tempore expressa inveniamus. in simili enim argumento versantur quae Cicero dicit in Bruto (X §. 40. 41): „nec tamen dubito quin habuerit vim magnam semper oratio. neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo *Ulixi* tribuisset Homerus et *Nestori*, quorum alterum vim habere voluit, alterum *suavitatem*, nisi iam tum esset honos eloquentiae“. iidem igitur ab utroque scriptore heroes in exemplum adducuntur, eadem laus iis tribuitur, eosdem denique Homeri versus Ciceronem intellegimus in animo habuisse quos Telephus notavit. sed in tanta congruentia id inter utrumque interest quod alter artem rhetoricam a poeta originem ducere, alter illam quidem demum ex Coracis et Tisiae praeceptis natam esse (XII §. 46), eloquentiae tamen iam Homeri temporibus honorem fuisse dicit. atque cum Cicero vim et suavitatem orationis Homero tribuat, Telephus eo progressus est ut quia vis iudiciali suavis conionali eloquentiae magis apta esset iam hanc generum diversitatem a poeta constitutam esse declararet. itaque quae apud Ciceronem sana legimus rhetor ille suis inventis inquinavit. tamen nec Telephus e Cicerone hausisse neque hic primus illam opinionem protulisse putandus est. itaque ad communem utriusque fontem remittimur. quem vero potius Homeri illos versus notasse et apud poetam primordia eloquentiae observasse censebimus quam eum a quo Cicero ipse in Bruto se fatetur plurima accepisse quae de eloquentiae apud Graecos progressu profert? an veri dissimile est Aristotelem in libro quo artium scriptores composuit ea quoque persecutum esse quae homines ante inventa artificiosae orationis praecepta eloquentia praestitissent? neque ab eius more id abhorret neque ipsius verba repugnant (Brut. XII §. 46): „nam antea (priusquam Siculi praecepta conscripsissent) neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et descripte plerosque dicere“.

Sed de hac re doctiores iudicent; nos iam ad id quod accuratius hoc loco persequi proposuimus vertamur. nimirum cum mirati simus quod Nestorem et Ulixem Telephus conionalis

et iudicialis eloquentiae principes fecit, etiam magis mirabimur si easdem partes illis heroibus iam Platonis tempore tributas fuisse intellexerimus. atqui hoc apparet ex Platonis Phaedro (p. 261): Ἄρ' οὐκ οὐ τὸ μὲν ὅλον ἢ ῥητορικὴ ἢ ἐν εἰρήνῃ τεχνὴ ψυχαγωγία τις διὰ λόγων, οὐ μόνον ἐν δικαστηρίοις καὶ ὅσοι ἄλλοι δημόσιοι σύλλογοι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίοις, ἢ αὐτῆς συμφορῶν τε καὶ μεγάλων πέρι; καὶ οὐδὲν ἐντιμότερον τό γε ὄρθρον περὶ σπουδαῖα ἢ περὶ φανταστάτων γινόμενον; ἢ πῶς οὐ ταῦτ' ἀκήκοας; ΦΑΙ. οὐ μὰ τὸν Δι', οὐ παντάπασιν οὕτως, ἀλλὰ μάλιστα μὲν πως περὶ τὰς δίκας λέγεται τε καὶ γράφεται τεχνῇ, λέγεται δὲ καὶ περὶ δημογραφίας· ἐπὶ πλείον δὲ οὐκ ἀκήκοα. ΣΩ. Ἄλλ' ἢ τὰς Νέστορος καὶ Ὀδυσσεύος τέχνας μόνον περὶ λόγων ἀκήκοας, ἅς ἐν Ἰλίῳ σχολάζοντες συνεγραφαίην, τῶν δὲ Παλαμήδους ἀκήκοας γέγονας; ΦΑΙ. καὶ ναὶ μὰ Δι' ἔγωγε τῶν Νέστορος, εἰ μὴ Γοργίαν Νέστορά τινα κατασκευάζεις, ἢ τινα Θρασύμαχόν τε καὶ Θεόδωρον Ὀδυσσεῖα. ΣΩ. ἴσως, ἀλλὰ γὰρ τούτους ἐώμεν κτλ. his verbis nemo non videt Platonem demonstrare praeter duo genera dicendi, quae sola veteres artium scriptores ante Aristotelem agnoverunt¹, iudiciale et contionale, etiam tertium statuendum esse quod complectatur totum sermonem et praesertim dialecticam artem, quod quidem genus alio loco appellat τὸ προσομιλιτικόν (Soph. p. 222 c. cf. Quint. III. 4. 10.) quodsi Phaedro dicenti se tantum duo genera novisse Socrates respondet: „an tu de Nestoris solum et Ulixis artibus audivisti, Palamedis ignarus es?“ quisnam negabit heroum nominibus tria illa genera dicendi significari? atque qua de causa Palamedes tertii generis factus sit princeps intellegimus ex eo quod ille veros sapientiae inter homines inventor habebatur.² quomodo vero factum sit ut iam a Platone Nestor contionalis, Ulixes iudicialis eloquentiae tanquam prototypus introduceretur, tum perspicuemus cum quales fuerint illae τέχναι περὶ λόγων investigaverimus.

Sed necesse est antequam ista persequamur contra eos nos convertamus qui heroum nominibus nihil indicari putarunt praeter personas Gorgiae, Thrasymachi, Theodori, Ze-

¹ Spengel comm. in Anax. art. rhet. p. 99. seqq.

² [Gorgiae] Palam. §. 30. Nauck fragm. trag. Graec. p. 429 et 393 adn. Aristoph. ran. v. 1451: εὐ γ' ὁ Παλάμηδες, ὁ σοφωτάτη φάσις.

nonis; qui quidem ita sententiarum ordinem perturbant ut quid Plato demonstrare voluerit, quamquam id aperte declarat p. 261 e, vix intellexisse videantur. dicunt autem cum Nestore Gorgiam propter senectutem, propter calliditatem cum Ulixē Thrasymachum et Theodorum comparari. verum enimvero sicut Eleaticus Zeno utpote homo philosophus et tertii generis particeps cum Palamede comparatur, ita Thrasymachus et Theodorus Ulixi substituuntur quia praesertim eloquentiam iudiciale[m] excoluerunt, et Nestori Gorgias quia hic alteri parti eloquentiae cui tunc demonstrativa et contionalis oratio adnumerabatur deditus fuit¹. atque hoc quod ad Platonis verba interpretanda postulemus necesse est, etiam aliunde petitis argumentis probare poterimus. Dionysius enim Halicarnassensis haec tradidit de Gorgia (apud Max. Planud. Walz rh. gr. V. p. 548 adn.): *δικανικοῖς μὲν οὖν αὐτοῦ οὐ περιέτευχον λόγοις, δημηγορικοῖς δὲ ὀλίγοις, τοῖς δὲ πλείστοις ἐπιδεικτικοῖς.* Thrasymachum vero et Theodorum Aristoteles (Soph. El. c. 33 p. 183 b. 31) plurimum testatur praeter Tisiam ad artem rhetoricam praeceptis perpoliendam contribuisse; idem vituperat (art. rhet. I. c. 1. p. 1354 b) omnes qui ante se artis praecepta ediderint, quoniam ea ad solam iudiciale[m] eloquentiam fecerint apta. item alibi (III. c. 13. p. 1414 b) de iis locutus qui in dispositionis partibus constituendis contionalis orationis minime rationem habuerint, auctorem eius vituperatae dispositionis Theodorum nominat. (cf. Plat. Phaedr. p. 266 e.) sicut igitur Thrasymachus et Theodorus quia arti constituendae praecipue operam navaverunt iudiciali eloquentiae in primis dediti fuisse arguuntur, ita Gorgiam vel propterea quod artis nulla praecepta reliquit (Speng. *Σ. T.* p. 83) non putabimus in hac parte eloquentiae multum elaborasse.² quamquam neque

¹ Itaque alio loco (Syriani comm. in Hermog. ideas. Spengel. *Σ. T.* p. 119 adn.) cum Ulixē Demosthenes, cum Nestore Isocrates comparatur: *περὶ δὲ τοῦ Ὀδυσσεὸς φησὶν ἔπειτα νηράδεσσιν ζοικῶτα χειμερῖοι οἱ λόγοι αὐτοῦ ἀντιτόμος τὸ πλῆθος τοῦ λόγου ὑψηλὸν τε καὶ καταπληκτικὸν καὶ τὸ μέστων τῶν ἐνθυμημάτων καὶ τούτων ἄθροως λεγομένων ὁποῖός τις ἔστιν ὁ Δημόσθενης, ἐπεισάγει δὲ τὸν Νέστορα χαρακτηρίζοντα τὸν Ἰσοκράτη, ἔχει γὰρ τὸ πιθανὸν ἐκ τῆς ἡδύτης τοῦ λόγου καὶ τὸ ἀξιόπιστον ἐκ τῆς πλαγιότητος (?) καὶ πείρας τῶν ἱστοριῶν. πλήρης γὰρ δογματῶν καὶ Ἰσοκράτης.*

² His argumentis addere possum anecdoton quod Rudolfus Schoell

Gorgias omnino iudiciale (Plat. Gorg. p. 452 e.) neque Thrasymachus demonstrativam orationem neglexit¹. sed id ne pugnat quidem contra nostram opinionem; neque enim tanquam omnibus numeris absolutam Phaedrus comparisonem illam instituit sed ut de qua dubitari queat. id quod apparet et ex adiectis pronomibus indefinitis (de quibus v. Speng. *Σ. T.* p. 83) et ex Socratis responso: ὕσως, ἀλλὰ γὰρ τούτους ἐώμεν: scilicet Gorgiam, Thrasymachum, Theodorum. atque haec praesertim verba e quibus sophistarum nomina intelligimus quasi ἐν παρόδῳ inlata esse, quippe quorum mentio ad rem ipsam quae demonstraretur minime necessaria sit, eos falsos esse ostendunt qui non genera dicendi sed illos ipsos viros a Socrate heroum nominibus notari existimarunt.

Sed tempus est ut dicamus de Nestoris, Ulixis, Palamedis „artibus rhetoricis“. atque ex iis quae disputavimus id satis elucere arbitror non Gorgiae, Thrasymachi, Theodori artes intellegendas esse. quamquam quominus hoc statuerent interpretes etiam verbis ἄς ἐν Ἰλίῳ σχολάζοντες συνεγραψάτην impediri debebant. quorum verborum sanam explicationem nusquam me invenisse fateor; nam quae Astius de hoc loco disseruit melius tenebris laterent, quam ut in Stallbaumii editionis lucem prolata essent. sed priusquam eo perveniamus ut nodum solvere possimus, pauca praemonenda sunt.

Etenim Bakius in schol. Hypomn. (III. p. 74—77) ostendit et multis exemplis probavit τέχνας Graecos non solum

cum Hermanno Usenero communicavit isque ut aliquando apto loco eo utere summa liberalitate permisit. (cod. Ambros. 222 s. XIII. [Tzetzae] inter excerpta f. 16). Ἀέξεις τῶν ἠπύροον εἴρε Λιζύμιος ὁ Χίτος (cf. Plat. Phaedr. 267 e.). Θερασμάχος σχήματα καὶ ζόμματα (Theophr. ap. Dionys. de Lys. iud. c. 6. Suid. s. v. Θερασ.) καὶ τὰ λοιπὰ ὁ Κόραξ μέρη τὰ δ' προσίμιον, διήγησιν, ἀγῶνας καὶ ἐπιλόγους (Walz rh. gr. VII. p. 6. v. 9 al. cf. Spengel *Σ. T.* p. 25). πρῶτος Θεόδωρος Βυζάντιος ἐχρήσατο δικανικῶ εἶδει. Τισίας μάλιστα (l. μαθητῆς Schoell.) τοῦ Κόρακος πρῶτος ἐχρήσατο πανηγυρικῶ, ἢ καὶ ὁ Γοργίας καὶ ἄλλοις. ὁ Περισλῆς ἐχρήσατο πρῶτος τῶ συμβουλευτικῶ. multa quidem hic confunduntur, tamen optima eruditionis aliquot vestigia relicta sunt.

¹ Dionys. de Isaao iud. c. 20: πᾶς δ' ἐστὶν ἐν τοῖς τεχνουργικῶσι καὶ ἐπιδεικτικῶσι. verba quae sequuntur: δικανικοὺς δὲ, ἢ συμβουλευτικοὺς, οὐκ ἀπολλέοιπε λόγους optimo iure a Blassio in suspitionem vocata sunt (gesch. der att. beredtsamk. von Gorg. bis Lys. p. 245).

compendia de arte rhetorica solitos esse dicere, verum etiam ipsas artificiosas orationes (cf. Usener Quaest. Anax. p. 22). quodsi rem ut arbitror satis firmam pluribus argumentis fulcire haud inutile est, Aristotelem testem cito qui in Ciceronis Bruto (XII. §. 48) Isocratem dicit „orationes aliis destitisse scribere totumque se ad *artes* componendas transtulisse.“ haec igitur artes non possunt non Isocratis orationes epidicticae esse, quibus conscribendis eum constat plurimum temporis impendisse, cum tamen num omnino artem scripserit valde dubium sit (Rehdantz Gött. gelehrte anz. 1872 p. 1201.) deinde in Pseudospesippi epistola ad Philippum (ep. Soer. 30. Orelli. p. 38. Hercher. Epistologr. Gr. p. 631) adversus Isocratem haec scripta legimus: (§ 10) *καὶ φησι μὲν ἐν ταῖς τέχναις προσήκειν οἰκεία καὶ γνώριμα τὰ παραδείγματα φέρειν· ὀλιγορήσας δὲ τῆς τέχνης ἀλλοτρίοις καὶ τοῖς ἀσχίστοις καὶ τοῖς πρὸς τὸν λόγον ὡς ἐναντιωτάτοις παραδείμασι χρῆται.* docuit autem hoc ipsum Isocrates in ea oratione contra quam tota illa epistola scripta est, Phil. §. 113: *τὸ γὰρ μὴ δεῖν ἀλλοτρίοις χρῆσθαι παραδείμασιν ἀλλ' οἰκῆτον ὑπάρχειν, πῶς οὐκ εἰκὸς ἐπ' αὐτοῦ σε παροξύνεσθαι καὶ φιλονεικεῖν, ὅπως τῷ προγόνῳ σanton ὅμοιον παρασκευάσεις.* his similia leguntur Euag. §. 77: *ἐγὰρ δὲ σὲ καὶ τοὺς σοὺς οὐκ ἀλλοτρίοις παραδείμασι χρῶμενος ἀλλ' οἰκείοις παρακαλῶ.*¹ Illae igitur a scriptore epistolae commemoratae artes ipsae Isocratis orationes sunt, recteque factum est ut epistolae verba inter fragmenta artis rhetoricae Isocrateae a Sauppio collecta non legamus; quamquam vir doctissimus utrum haec an alia de causa non receperit noluit addere.

Quoniam hoc in animum revocavimus: *τέχναις* esse etiam ipsas orationes arte perpolitae, ad Phaedri locum regrediamur. cui quis non videt eandem explicationem adhibendam esse? nam Palamedis quidem *τέχναι περὶ λόγων* nequeunt artis sive rhetoricae sive dialecticae compendia esse, quoniam Platonem ipsa philosophorum scripta et sermones dialectica arte confectos intellexisse demonstrat Zenonis exemplum infra adlatum: *τὸν οὖν Ἑλεατικὸν Παλαμίδην λέγοντα οὐκ ἴσμεν*

¹ cf. Anaxim. Art. rh. c. 32. Sp. rh. gr. I. p. 221. v. 3. et Spengeli comm. p. 221 sq.

τέχνη ὥστε φαίνεσθαι τοῖς ἀκούουσι τὰ αὐτὰ ὅμοια καὶ ἀνόμοια, καὶ ἐν καὶ πολλὰ, μένοντά τε αὐ καὶ φερόμενα; — sed obstant opinionibus meis verba περὶ λόγων, nec nescius sum in iis explicandis aliquam difficultatem inesse. quae tamen verba quomodo intellegenda sint optime perspicī posse arbitror ex Phaedr. p. 273 E: ἐὰν μὴ τις τῶν ἀκουσομένων τὰς φύσεις διακριθῆσθαι καὶ κατ' εἶδη τε διακριθῆσθαι τὰ ὄντα καὶ μὴ ἰδέα δυνατὸς ἢ καθ' ἐν ἑασιον περιλαμβάνειν, οὐποῖ ἔσται τεχνικὸς λόγων περί. sicut enim hoc loco τεχνικὸς λόγων περί necesse est artifex verborum sit sive is cuius ars exereetur in verbis, ita nostrae τέχνη περὶ λόγων artificia verborum sunt.

Iam vero ut aliquando Ulixis et Nestoris artificia verborum qualia fuerint intellegamus, meminisse nos oportet declamationum illarum quae sub Gorgiae, Antisthenis, Alcidasantis nomine feruntur, quae quamquam subditiciae sunt¹ tamen de genuinarum forma ac specie nos docere poterunt. habent autem eam formam ut ipsi heroes loquentes et causam dicentes fingantur. tales igitur declamationes iam Platonis tempore haud paucas scriptas fuisse, nisi eius verba in Phadro omni sensu earent, necesse est statuamus. hoc vero si sumpserimus omnia optime convenient; nimirum ipsos heroes lepide philosophus arguit declamationes illas ante Troiam per otium conscripsisse. cui ioco Phaedrus ita respondet ut non solum Palamedis sed ne Nestoris quidem se artes vidisse ingenue fateatur.

Atque quomodo factum sit ut Nestor deliberativi generis dicendi princeps constitueretur id optime docemur ex Plat. Hipp. Mai. p. 228 (loquitur Hippias): ἔστι γὰρ μοι περὶ αὐτῶν (τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων) παγκάλως λόγος συγγείμενος καὶ ἄλλως εὖ διακείμενος καὶ τοῖς ὀνόμασι, πρό-

¹ Gorgiae Helenam, quod in transeursu tangam, Blassius (gesch. d. a. b. p. 66 et praef. ad antiph. oratt. p. XVI) inter spurias numerare non ausus est. sed is qui hoc encomion scripsit noverat Aristotelis poet. c. 14. p. 1353 b: δεῖ γὰρ καὶ ἄνευ τοῦ ὄραν οὕτω συνεσιάναι τὸν μῦθον ὥστε τὸν ἀκούοντα τὰ πράγματα γινόμενα καὶ φημίτιν καὶ ἔλεειν ἐκ τῶν συμβαινόντων. enc. Hel. §. 9: τὴν ποίησιν ἄπασαν καὶ νομίζω καὶ ὀνομάζω λόγον ἔχοντα μέτρον: ἥς τοὺς ἀκούοντας εἰσῆλθε καὶ φημίτη περίφοβος καὶ ἔλεος πολύδακρος καὶ πόθος φιλοπένθης. his ultimis verbis cum Aristoteles de sola tragoedia loquatur scriptor ceteras partes poeseos comprehendere voluisse videtur.

σχημα δέ μοι ἔστι καὶ ἀρχὴ τοιάδε τις τοῦ λόγου. ἐπειδὴ ἡ Τροία ἦλω λέγει ὁ λόγος οὐ Νεοπιόλεμος Νέστορα ἔροιο, ποῖα ἔστι καλὰ ἐπιτηδεύματα, ἃ ἂν τις ἐπιτηδεύσας νέος ὢν εὐδοκιμώτατος γένοιτο· μετὰ ταῦτα δὲ λέγων ἔστιν ὁ Νέστορ καὶ ἐλοιθήμενος αὐτῷ πάμπολλα νόμιμα καὶ πάγκαλα. nam sicut in Hippiae sermone factum esse videmus, ita omnino quae Nestoris personae orationes tribuerentur deliberativam sive contionalem dicendi speciem exprimere debebant, cum Ulixes propter eius multas cum ceteris heroibus contentiones et aptior erat sub cuius nomine iudiciales orationes fingerentur et argumenta suppeditabat. Itaque factum est ut alter contionalis alter iudicialis haberetur quasi princeps. Telephus deinde adsumens illos sive ab Aristotele sive ab alio notatos Homeri versus iam ab ipso poeta hoc dicendi diversum munus utriusque tributum esse invenit.

Natae autem sunt illae declamationes ex rhetorum et sophistarum ludis qui quo modo quoque consilio Homerum cyclicosque poetas tractaverint viri doctissimi satis illustraverunt (Lehrs de Aristarchi stud. Hom. p. 203. Sengebusch diss. Hom. I. p. 112. Usener quaest. Anax. p. 14). atque ut pueri in grammatarum ludis ex arte grammatica Homerum tractarent, adulescentes eloquentia videntur ita instituti esse, ut aut in utramque partem disputarent de iis quae dicit poeta, aut denique ipsorum heroum orationes secundum artis praecepta refingerent.

EPIGRAPHICA.

SCRIPSIT

GEORGIUS KAIBEL.

Epigrammatum graecorum in lapidibus superstitem constat magnam partem ex antiquiorum poetarum imitatione confectam esse; difficile vel melioribus ingeniis rem tritissimam novis usque sentiis illustrare. imitationis vestigia non uno nomine digna sunt quae indagentur. neque enim hac ratione emendantur tantummodo corruptelae explenturque lacunae, verum deprensa vitiorum origine coercetur quoque falsum corrigendi studium. cuius rei exempla quaedam passim collecta proponere volui, eis fere contentus, unde titulis emendandis auxilii aliquid repetatur.

Multos habuit imitatores qui primus versu usus est notissimo, Homericus epitaphii poeta Anth. Pal. VII 3: *ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει.* qui quando fuerit cum ignoremus, tamen quia reliqui qui eundem versiculum sibi adrogaverunt aperte inferiores sunt aetate, nobis tamquam primarius eius auctor erit; neque certe ullius hominis quam Homeri rectius dicitur sacrum caput. eadem veneratione Prusani hominem nescio quem persecuti sunt tit. ap. Le Bas inscr. part. V p. 301, 1182: *ἐνθάδ[ε] τὴν ἱερὴν κεφαλὴν [κατὰ] γαῖα καλύπτει.* esse praedicatur *ἡρώων προγόνων*, sed et nomen intercidit nec qua re bene meritis sit ex laceris frustulis dispici potest. recte hinc Ross tituli Syrii exordium restituit (C. J. Add. vol. II 2347^o, 13) quo Ampelii virginis laudes aguntur: *ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κ. γ. κ.* paene ridiculus videtur idem versus in epitaphio ex pannis homericis pessime consuto ap. Welckerum syll. 84: *ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κ. γ. κ. - ἀνδρὸς θεῖου Πουβλίου Τιυδίου Καπίτωνος*, cuius poetam proxime accedere voluisse ad Homericus epitaphii similitudinem docet et ionica quam tuetur *ἱερὴν* forma et adiectivum quod ponit *θεῖος*. paullulum immutatum versum imitati

sunt non pauci. Welck. syll. 15: Ἐνθάδε τὴν χρησιτὴν τίθηται
 z. γ. z. Kumanudes (titt. Attici epit. 3489) tradidit post
 tredecim fere litterarum lacunam haecce: οὐ τόδε γαῖα καλὸν . . . ,
 unde talia fere conicias: σῶμα . . . καλὸν τόδε γαῖα καλέ[πιται].
 interpositum fuerit mortui nomen¹. vides hic in neglectae
 praepositionis καὶ locum pronomen τόδε successisse, unde
 ne initio quidem ἐνθάδε servasse poetam probabile est. Phi-
 lippus denique Thessalonicensis priorem tantummodo archetypi
 versus partem integram reliquit A. P. VII 362: Ἐνθάδε τὴν
 ἰερὴν κεφαλὴν σοφῶς ἴδε κέκευθεν. vocabulum κεφαλὴ de mor-
 tuo dictum vehementer placuit posteris, veluti de Homero
 Antipater Sidonius VII 2: τὰν ἴσα Μούσαις φθρεγξαμένην
 κέφαλαν, de Gorgia cynico poeta anonymus VII 134: Ἐνθάδε
 Γοργίου ἢ κεφαλὴ κινητοῦ καιάκειμαι, Theodoridas denique
 de Heraclito VII 479 τὴν Ἡρακλείτου δ' ἔνδον ἔχω κεφαλὴν.

Versus alius ἐνθάδε τὴν πάσης ἀρετῆς ἐπὶ τέρμα μολῶσαν
 (Φαναγόραν κατέχει κτλ.) ap. Kuman. 149 ex rerum necessitate
 mutatus iterum legitur ibid. 928: ἐνθάδε τὸν πάσης ἀρετῆς
 ἐπὶ τέρμα μολόντα κτλ. similiter aliquatenus poeta anonymus
 A. P. VII 94: ἐνθάδε πλεῖστον ἀληθείης ἐπὶ τέρμα περήσας
 κτλ. — eodem etsi non sentiendi, tamen dicendi genere tit.
 ap. Kuman. 2486: γήρως τέρμα μολῶν πρὸς ἄκρον, unde non
 obscurem puto, quid restituendum sit titulo Ephesio ap. Le
 Bas. V p. 54, 168:

ΠΟΠΛΙΟ Δ
 ΡΩΣΕΠΙΤΕΡΜΑΜΟΛΟΝΤΟ

i. e. Πόπλιο[ν Αἰλιανόν? γή]ρως ἐ. τ. μολόντα.

Epigrammatis Simonidei quod fertur versum celeberrimum
 ἐξ οὗτ' Εὐρώπην Ἀσίας δίχα πόντος ἔνειμε (καὶ πόλιας θνητῶν
 σοφῶς Ἄρης ἐφέπει, οὐδένι πω κάλλιον ἐπιχθονίων γένει
 ἀνδρῶν ἔργον κτλ.) integrum in suum usum transtulit qui
 Xanthium monumentum versibus adornavit (p. med. a. Chr. n.
 saec. IV), imitatus est opinor poeta Atticus C. I. 85: ἐξ οὗ
 Κέκροπα λαὸς Ἀθηναίων ὀνομάζει καὶ χώραν Παλλὰς τήνδ'
 ἔκτισε δῆμῳ Ἀθηνῶν, οὐδείς Σωσιβίον καὶ Πύρρα μείζονα
 θεῖην φυλὴν Κεκροπιδῶν ἔργῳ ἔδρασ' ἀγαθά. ideo hoc moneo,
 quod cum titulum atticum sciamus a. 372 a. Chr. n. inscriptum

¹ cf. Welck. syll. 34, ubi fortasse εὐρύχορος τόδε σῶμα καλύπτει —
 γαῖα κτλ. scribendum est.

esse, Simonideum epigramma hoc anno superius esse apparet.¹

Mortem omnibus communem qui queritabantur, sescentiens refugiebant ad Simonideum illud: *θανάτω πάντες ὀφειλόμεθα*. de multis haec pauca sunt, similia inter se omnia: C. I. 6205. 6227. 6257. C. I. Add. v. III 3857^m. A. P. VII 26. 78. 219. 290. 335. 342. 419. 452. 459. Iusit in hac sententia poeta ap. Welck. syll. 77: *κεῖμαι τῷ θανάτῳ μηδὲν ὀφειλλόμενος*, idemque plane pentameter reddendus epigrammati attico Kuman. 3439: *κεῖμαι τῷ θανάτῳ[μηδὲν] ὀφειλόμενος*.

Paucae tantummodo litterae ex titulo attico ap. Kuman. 667 supersunt: *Σῶμα μὲν . . . δα*

μνήμα δὲ

Aliud de corpore, aliud de monumento praedicatur, unde colligas cenotaphium esse in patria terra extractum, ossa vero peregre disiecta. quam ob rem plura forsitan recipari possint collato carmine Simonideo 119 B: *Σῶμα μὲν ἀλλοδαπῇ κεύθει κόνις, ἐν δὲ σε πόντῳ-μοῖρ' ἔκειν θανάτου*. tale fere distichon mihi figo:

*Σῶμα μὲν [ἄλλο]δα[πῇ] κεύθει κόνις νέος ἐσθλοῦ,
μνήμα δὲ [ἔθηκε πατῆρ' ἐν χθονὶ τῆδε κενόν.*

Filii enim funus esse a patre curatum ex nominibus patet carmini adscriptis. exordium si recte constitui, probabiliter epigramma illud, quod Simonidis esse vix potest, in attico sepulcro inscriptum olim fuisse conici potest. nam consensaneum est, huius generis imitationes plerumque certae cuiusdam civitatis provinciaeve finibus coerceri. cf. duo apud Lycopolitanos Aegyptios inventa epitymbia C. I. 4708 et 4709. cuius rei ignarus mire iudicavit de tribus Memnoniani colossi epigrammatis Wescher, cuius adnotatio volenti prostat in *Comptes rendus des séances de l'acad. des inscr. cett. 1871 Bull. du mois de Juin v. VII 276*. primum enim sic scribendum est: *εἰ καὶ λωβητῆρες ἐλυμήναντο δέμας σόν, - ἀλλὰ σύγ' ἀδήςεις, ὡς κλύον αὐτὸς ἐγώ. - Μέμτιος, ὃ Μέμων, Παίων τὰδ' ἔγραψε Σιδήτης*. eidem Paeoni, qui alius quoque carminis dudum editi auctor est, tribuit Wescher ep. ap. Letronn. rec. II 373, hac sola nisus ratione, quod ab eodem versu incipiat *εἰ καὶ λωβητῆρες κιλ'*. cum enim in eo quod exscripsi

¹ Cf. mus. Rhen. XXVIII p. 440 sq.

epigrammate duos homines distinxisset Mettium Memnonis admiratorem et Paonem poetam, sibi certum esse ait, Paonem ex eorum numero fuisse, qui viros nobiliores peregre comitari solerent quamlibet rem versibus suis celebraturi. sed apparet versum qui in publico loco legeretur eumque rei perquam aptum cuivis praesto fuisse. ceterum excepto Hadriano, quem magis decebat Balbillae poetriae doctis Musis uti, ad unum omnes qui Aegypti miracula visebant, ipsi carmina sua muris illinebant, veluti Falerni cuiusdam elegans epigramma habetur in Memnonis statua titulo latino superingestum ideoque lectu difficillimum, quod primum editum a Weschero *ibid.* p. 283 foedissimis editoris interpolamentis sublatis huc transcribere iuvat:

Μέμ]νων οἶδε λαλεῖν ὅσ[α] ῥήτωρ, οἶδέ τ[ε] σιγᾶν
 εἰδὼς καὶ φωνῆς νεῦρα καὶ ἡσυχίας
 κα]ὶ γὰρ ἰδὼν Ἡῶ τὴν μητέρα τὴν κροκόπειλον
 ἤχη]σε[ν] λιγυ[ρ]ῆς ἡδύτερον καλῆς.
 τα]ῦτα Φάλακρος ἔγραψε πόριτῆς ἡδὲ σοφι[στί]ς
 ἀξ]ία καὶ Μουσῶν, ἀξία καὶ Χαρίτων.

v. 1. ΟΣΟΝ W. — ΤΟ W. v. 4. ΣΕΛΛΙΓΥΙΗΣ. W. ἤσε]σέω
 λιγυῆς, σέω pro σέο scriptum ratus. v. 5. ΣΟΦΙΑ. W. ἡ δὲ
 σοφία — ἀξία καὶ Μουσῶν cett.

Similia inter se tria habemus Syriaca epigrammata.

1) Welek. syll. 93:

ῥῆν δ' οὐδενός εἰμι τάφος πω
 οὕτως καὶ μείναιμι πολὺν χρόνον, εἰ δ' ἄρα καὶ δεῖ
 δεξαίμην γηρασχόντας, εἰδαίμονας, τεκνώσαντας.

2) *ibid.* 94:

βουλαῖσι δ' ἀειζώοιο θεοῖο
 γηραλέους πάντας μάλα δέξομαι, ἐντ' ἂν ἕκαστος
 τέσμα ποτὶ σφέτερον βιοτῆς πεπρωμένον ἔλθῃ.

3) Waddington in *explicatt.* ad Le Bas. inser. VI 562, 2473:

τῶν τινα μὴ δέξαιτο νέον παιδ', ἀλλὰ γέροντα
 πλήσαντα λιπαρῶς κύκλον ἐτῶν ἕκαστον.

Eo magis intererat haec inter se componere quia unde derivata sint, monstrari potest. adespoton est in *Anth. Pal.* VII 228 epigramma:

Ἀντιῶ καὶ τεκέεσσι γυνακί τε τύμβον ἔδειμεν
 Ἀνδροτίων οὐπω δ' οὐδενός εἰμι τάφος
 οὕτω καὶ μείναιμι πολὺν χρόνον εἰ δ' ἄρα καὶ δεῖ,
 δεξαίμην ἐν ἐμοὶ τοὺς προτέρους προτέρους.

Quod qui fecerit cum non tradatur, eo veri similis est ex lapide esse exscriptum: Syriacum fuisse lapidem etiam alia ratione probari potest a proposito meo minime aliena. nusquam enim terrarum tantum viguisse videtur mos monumenta hereditaria aedificandi, quantum apud Syros; atque cum omnes omnino Syriaci tituli similibus vocabulorum sententiarumque vinculo continentur, tum ei maxime qui talibus sepulcris inscripta sunt. cf. Welck. syll. 93. 94. 95 (coll. Wetzsteinii titt. abhdlg. d. Berl. acad. 1863 p. 301 sqq.) aliaque multa C. I. 4583 sqq., quibus omnibus praecellit nitidissimum illud anthologiae epigramma. in primis verba *αὐτῷ καὶ τεκέεσσι* creberrime sunt repetita (cf. Welck. l. s. s.), unde vix dubito Burekhardtio Richteroque non ita accuratis hominibus fidem despondere tit. C. I. 4563 vitiosissime tradentibus. subiuncta lectionis discrepantia adscribam quae scribenda esse mihi videntur:

*Αὐτῷ καὶ τεκέεσσι ἐδείματο σῆμα φαινόων
 Αἰνείας, βριαρῆς κῆδος ἔχων στρατιῆς,
 πρὸς δὲ πελείαισιν δόμον ἄφθιτον, οὗ υἱὸς αὐτῷ
 αὐτοκασιγνήτων χεῖρας ὀρεξαμένον.
 τοῦνεκα οἷ γε μὲν ἐσθλὰ πόροι θεός· εἰ δέ τις αἰνῆς
 κερδοσύνης (?) μετέχει, ἄλγεια τῷδε δότω.*

V. 1: **ΑΥΣΗΚΥΓΕΝΕCΙΝ.** unde Franz: *αὐτῷ συνγενέσιν τέ μ' ἐδείματο*, cuius dictionis exemplum desidero. v. 3: **ΥΠΟCΔΕΠΕΛΗΙΑCΙΝΔΟΝΑΦΟΙΤΟΝ.** Franz: *πρόσθε πύλης αἰνείαν ἄφθιτον.* v. 5: **ΟΠΤΟΜΕΝ.** Franz: *τῷδε μὲν.* scripsi *οἷ γε* eo imprimis fretus, quod ε litterae forma lunata (Ε) lapidarius usus esse videtur, unde pro Ε facile Ο legi potuisset; nempe v. 6 *μετέχει* sic scriptum habetur: **WETCEI (EXEI).** cetera Franzii et Welckeri supplementa sunt, vera opinor praeter *κερδοσύνης* (v. 6), quod Franz elicit e traditis hisce: . . . **ΠΙΟ. . . ΗΓ.** quid fuerit, fugit me.

His vicinos duos titulos dedicatorios edidit Le Bas VI 552, 2414 et 497, 2082, quorum prioris pars tantum ad nos pertinet. Tiberius pater Marcellinum filium simulaero honoravit:

*εἶθε νῦν καὶ χρυσέοισιν ἀγάλμασιν ὧδε δυναίμην
 ἀστήσειν, Μαρκελλίνε, πεποθήμενον πατρὶδι κῆδος.*

Alter hic est:

*εἶθε σε καὶ χρυσέῳ ἀγάλματι ὧδε δυναίμην
 Τιβέριον στήσειν πεποθήμενον πατρὶδι κῆδος.*

Ex communi fonte fluxit uterque, neque eo opinor aequè vitioso. facile enim clausulae vitium ita tolli potest, ut in archetypo fuisse credamus: *πεποθήμενον Ἑλλάδι κῦδος*, quod inculti homines ex suo usu corruperunt. antiquioris poetae hi fortasse versus fuerunt:

*εἶθε σε καὶ χρυσέοις ἐν ἀγάλμασιν ὧδε δυναίμην
στήσειν* (seq. nomen) . . ., *πεποθήμενον Ἑλλάδι κῦδος*.
coll. A. Plan. V, 335.

Naupacti inventus lapis (Le Bas. III 224, 1029) titulum exhibet silani, cuius versum priorem — alter enim difficilior nihil ad nos — sic tradidit editor:

ΛΟΥΤΡΟΝ ΜΕΝ . Ρ
ΝΟΣΧΕΩΝΝΥΜΦΑΙ
ΟΝΗΤΟΙΣΙΔΥΓΕΙΗΝ

Emendavi olim: *λουτρὸν μὲν προχέω νέμφαις, θνητοῖσι δ' ὑγείην*, quod confirmatum nunc video epigrammate in A. Pal. IX 684 tradito hoc lemmate: *εἰς τὴν ἐν Τάρφῳ τῇ νήσῳ κρήνην*, cuius tertius versus idem est. Taphum insulam memineris haud procul sitam esse a Naupacto. fatendum vix posse inveniri quid fonti publico aptius inscribatur. intellegitur simul falsos esse qui in Anthologiae carmine *θνητοῖς δ' ὑγείην* voluerint emendare, quamquam Critias revera ita scripsit (fr. 2, 21 B. II 604) *πρὸς τὴν τερπνοτάτην τε θεῶν θνητοῖς ὕγίαν καὶ κλ'*. sed notum est antiquiorem formam recentiore aetate plane usu suo deiectam fuisse, quod iocose nescire se simulat Nauck stud. Eurip. II p. 191.

Asiani complures sunt tituli sepulerales manifesto similitudinis vinculo inter se coniuncti:

1. Cii Bithyniorum in urbe inventus lapis. ed. Le Bas. revue de la philol. I 34. v. 5: *μήτηρ δ' ἐν οἴκοις ἅ τάλαινα ὀδύρεται - νικῶσα θρήνοις πενθήμην ἀηδόνα*.

2. Erythris. Le Bas. V 364, 1556^a v. 3: *μήτηρ δ' ἡ παρόδουτος ἐρημαῖον κατὰ δῶμα - Εὐνομον αἰάζει* (traditur ΑΙΑΞΕΙ) *μυρὶ ὀδυρομένα*.

3. Incerti loci (Smyrnaeum esse suspicatur Boeckh) C. I. 3328: *καὶ σέ - μάτηρ αἰάζει μυρομένα*.

4. Olim Coreyrae (?) C. I. 1886: *Μυρὶ ἀποφθιμένοιο τάρφῳ περὶ τῷδε χρθεῖσα παιδὸς Ἀλεξάνδρου μύρατο Καλλιόπα*.

5. Chio in insula. C. I. 2240, 5: *πρόσθεν δ' ὁ πρόσβυς*

πινυτῶ (πυκινῶ Boeckh) δεδημημένος ἄλγει-Ἰσιάδ' ὠκύμορον
 μύρετο θυγατέρα - αἰάξας δ' ἀπληστα παλινδρομον ἔλλαβε
 πένθος, qui titulus dubitet quispiam num hue pertineat; sua-
 dent tamen ne dubitetur verba. μύρομαι et αἰάζω iuxta posita.

6. Incerti loci, sed Asianae opinor originis. C. I. 3333, 7:
 μήτηρ δ' ἢ δύστηνος ὀδύρεται οἷά τις ἀκταῖς - ἄλκωνις
 γοεροῖς δάκρυσι μυρομένα, ubi nova plane accessit sententia,
 quae propius fortasse adducet nos ad commune omnibus
 exemplar.

7. Apud Halicarnassum. cum pessima interpretatione
 ed. Wescher rev. archéol. 1864 Π 134 sqq. v. 5: αἰακῶν δὲ
 θυγατρα κατεστονάχησε Στρατεία - οἷά τις ἐνάλια δάκρυον
 ἄλκωνις.

8. Denique in hunc ordinem revoco carminis Cotiaeensis
 versum quintum, corruptum quidem, sed facili opera emen-
 dandum (C. I. Add. v. III 3857^m):

μήτηρ δὲ (an δ' ἢ?) βαρυνενθάς ἐπὶ τέκνον ταχυμοῖρον
 ἔμαντήρ ζῶσα συνκατέθηκα τάφω,

EINEKONICTOPΓHC δάκρυσι μυρομένα.

Dabitur mihi coll. n. 6, audacius licet, rescribendum esse:
 ἄλκωνις γοεροῖς δ. μ. mirifice concinunt litterae **KONIC** ;
 adiectivum ex pravo pronuntiandi more sic fuerit scriptum:
ΓΟΕΡΥΣ. ceterum versus pro vili poetae ingenio sat inepte
 inculcatus est.

Haec omnia quae enumeravi ad unum fontem redire
 suspicor: ubique mater (semel pater) filiae filiive mortem de-
 plorans, ubique verba ὀδύρομαι, αἰάζω, μύρομαι, bis μυρία
 additum vocabulum. mirum accidit quod in epigrammatis,
 quae secundo ac sexto loco posui, ceteroqui ionice scriptis ea
 ipsa verba, de quibus agitur, doricam dialectum induerunt.
 unde colligas facile, utroque loco ionici exemplaris dialectum
 servatam esse. tamen fefellit opinio; quippe ep. 8 imperi-
 tissimus poeta, qui vulgari utitur dialecto, ipsa verba δάκρυσι
 μυρομένα dorice scripsit. nec vero credibile est, epp. 1. 2. 3.
 4. 5 ad aliam originem referenda esse atque epp. 6. 7. 8,
 ubi matris cum Aleyone comparatio accedit. itaque cum ce-
 tera omnia epp. 3. 4. 5. 7 ubique, praeterea ep. 8 uno eo quem
 spectamus loco dorice scripta sint, probabile est, etiam hoc
 unde omnia fluxerunt carmen dorica dialecto conceptum fuisse,
 epp. vero 2 et 6 non recta via ex communi illo exemplo esse

derivata, sed ex eo, quod et ipsum derivatum in ionicum sermonem iam fuisset translatum. quodsi ep. 1 mater dolens non cum Alcyone sed cum luscinia luctuosa componitur, hinc vix effici debet, antiquum quem sumpsit poetam iuxta Alcyonem etiam Procnæ locum concessisse; liberius paullulum agentem agnoseamus imitatore. cf. byzantini poetae versus in Cramerianecd. Paris. IV 321:

πολλὰ μὲν ἠλλάξαντο καὶ πρὶν τὴν φύσιν,
 Πρόκνη, Νιόβη, Χελιδών, Αἰκνόνη,
 ἀλλ' εἰσέτι θοιροῦσι καὶ πέρας πάθους
 οὐδέν τι ταύταις.

Haud rarum fuit ut imperitiores homines metricum epigramma quaerentes cum antiquius exemplar adirent hoc novis insertis vel nominibus — quod supra uno saltem exemplo comprobavi — vel rebus corrumpent, sententias perverterent, pessum darent numeros. plures liberos quod superstites reliquit Flavia Syra mulier, eo factum est, ut eius epitaphii v. 4 (C. I. 4622) misere iam claudicet: *εἰκόνας σῆς ἀρετῆς παῖδας γαμέτη προλιποῦσα*. certum videtur, olim qui hanc sententiam invenerit, salvo metro scribere potuisse: *εἰκόνα σῆς ἀρετῆς τέκνον κτλ.*

Interdum quod in viri mortem scriptum erat carmen minus apte feminae sepulero adhibetur et contra. exempla habeto C. I. 1012: *ἢ ποτε κυδιόωσα ξανθαῖς ἐπὶ κρατὸς ἐθίρας*, ubi vitium tolletur, si viri fuisse epitaphium sumpseris: *ὅς ποτε κυδιόων κτλ.* et C. I. 1966:

Μοῖραι καὶ Αἴθη με κατήγαγον εἰς Αἶδα
 οὐπω νυμφεῖον θαλάμον καὶ παστάδος ὄρης
 γευσάμενον ἀθιγῆς δ' ἔλιπον φάος ἡέλιου.

Boeckhio *γευσάμενην* corrigenti nemo fidem habebit; immo versus in virginis olim usum scripti imprudenter iuvenis monumento attributi sunt.

Denique sermonis consuetudinem metri necessitate plus interdum valere, luculento exemplo ostendam. notum est, saepissime mortuum in epitaphiis adloquentem fingi praetereuntes, vocativis usum *ξένε*, *ὄδιτα*, *φίλε* sim. perlegi Kumanandis Atticorum epitymbiorum syllogem, Welckeri epigrammata, ea quae ipse post Welckerum inventa olim collegi, Anthologiae denique librum septimum, et paucis accipe quid cognoverim. in atticis quidem titulis quater legitur *ξένε*

(*ξείνε*), bis *παροῦτα*, bis *ἄνθρωπε*, semel *ὀδοιπόρε*, item semel *φίλε*, nusquam *παροδοιπόρε*. in Welckerianis meisque copiis deciens septiens et *ξείνε* et *παροῦτα*, ter *ὀδοιπόρε*, ter *φίλε*, bis *ὀδῖτα*, semel *πάροδε*, *παροδοιπόρε* bis; apud Cephalam denique viciens noviens *ξείνε*, septiens *ὀδοιπόρε*, quater *ὀδῖτα* (semel praeterea *ξέν' ὀδῖτα*), bis *παροῦτα*, bis *λίστε*, semel *ἐταῖρε*, septiens *ἄνθρωπε* (quater ap. unum Leonidam), quinquiens *ὄνεο* (ter ap. unum Leonidam), *παροδοιπόρε* nusquam. ne quem taedeat indigestae locorum enumerationis, hoc saltem efficitur, vocabulum *παροδοιπόρος* nescio quam ob causam in primis rarum vulgari usui paene ignotum fuisse. absque hoc foret, ep. Welck. syll. 76, quod in aedibus Rondaninis Romae vidi, v. 1 certe non metro pessum dato scripsisset poeta: *τύμβον μὴ παρίδης, παροῦτα, τῆς Ἀφροδίτης*, neque ibid. 34, 1: *κἂν τροχάδην βαίης, παροῦτα, βαιὸν ἐπίσχου*.
 Scriptum Romae.

ANECDOTON LUGDUNENSE

ECLOGAS E TRAGOEDIIS SENECAE CONTINENS.

EDIDIT

FRIDERICUS LEO.

PROLEGOMENA.

Si quis ex his tragoediarum eclogis parum fructus provenisse existimabit, eam de Senecae tragoediis legem valere dicam, ut quidquid a librorum turba diversum sit suum in arte facitanda locum iure petat. nam cum librorum praeter Etruseum nullus saeculo XIV vetustior fabulisque recensendis perpauca utiles habeantur, opus est ut artis adminicula circumspiciamus. quae si emendatori tenuia, ei forsitan fructuosa videantur qui in cognoscenda tragoediarum per saecula propagine aliquid profecisse haud parvum ducat. eclogas igitur his in pagellis tractandas, non multum licet emendandis tragoediis profuturae sint, si e codice et vetustiore ceteris et plurimis praestantiore fluxisse monstratum erit, fore spero ut hac luce non indignae videantur.

Et extant illae quidem in codice bibliothecae Lugdunensis no. 191 B¹ quo Bonnam transmissio liberalitate virorum humanissimorum qui Lugdunensibus thesauris praesunt uti licebat eximia Francisci Buecheleri benevolentia. codex autem membranaceus est quadratae formae foliorum CLXXXIII, scriptis compositus variarum aetatum variis. libellis constat quattuor in unum ita conglutinatis ut vetustiores recentioribus excipiantur. primus igitur vetustissimus, scriptus in candida membrana nitidissime, Augustini de catechizandis rudibus librum (fol. I—XLII^v), secundus paullo recentior Hugonis de S. Victore librum de institutione novitiorum et de disciplina

¹ cf. Geel. catal. libr. mss. bibl. Lugd. p. 79 no. 322.

monachorum continet (fol. XLIII^r—CXXXV^r). in tertio libello (fol. CXXXVI^r—CLXVII^v), saeculi ut videtur XIV., excerpta leguntur e Senecae Plinii Sidonii Ennodii Cicerónis Sallustii libris ita distributa:

fol. CXXXVI^r—CLV^r ex epistolis Senecae¹ et e Senecae beatique Pauli epistolis.

fol. CLV^r—CLIX^v e tragoediis Senecae.

fol. CLX^r—CLXIII^v ex epistolis Plinii Sidonii Apollinaris Ennodii.

fol. CLXIII^v—CLXVII *excerpta e Tullii libro de senectute valde notabilia*² et e Sallustio (fol. CLXVII^v).

Quartus est libellus *de quibusdam ultramarinis partibus et praecipue de terra sacra*³ Guilelmi de Bolonselle (fol. CLXVIII—CLXXXIII), cuius calci, cum ceterarum subscriptiones aut nullae sint aut simplicissimae, haec subscriptio adiecta est una anni numero conspicua

Explicit finito libro anno Dm m̄ ccc̄ l̄j XIII Calendas martii ms. februar. — Deo ḡt
folio CXXXVI^r superscriptum est

Liber sancti Jacobj In Leodio et legitur in fol. CLIX^v extremo epitaphium Senecae: Cura labor meritum e. q. s. in fine glutinatoris cultro mutilatum (cf. Richt. et Peip. ed. praef. p. XXVIII).

Paginarum marginibus numeros continuos manus addidit satis vetusta: paginae foll. I—CXXXV^r non divisae, inde ad finem in binas columnas partitae sunt. vacuum relictum est fol. CXXXV^v.

Atque ea quidem quae e tragoediis Senecae excerpta diximus ita scripta sunt ut X paginarum fere XIX columnas expleant, columnae versibus constant tricenis singulis. continent autem ex omnibus praeter Octaviam tragoediis sententias ea ratione compositas ut primum cantica² deinde diverbia³ eodem in utraque parte fabularum ordine servato com-

¹ de quibus vide quae adnotavit Schultessius in diss. de Senecae qu. nat. et epist. p. 34 sq.

² in qua parte vix mireris Phoenissarum nihil contineri.

³ cui parti cur Hercules II desit infra docebimur. certum enim est non transscripsisse versus ex ea excerptos, quamquam in exemplari suo extiterunt, librarium.

pilata sint. in quibus transscribendis compendia solvi, librarii orthographiam eiusdemque interpunctiones retinui. compendiis autem fere ubique usus est in verbis flectendis, praepositionibus, ar- er- ur syllabis, m- n- litteris similibus scribendis ceterisque quae satis novit quisquis eius aetatis codicem inspexit.

Has igitur eclogas, licet vetustiores videantur, eidem aetati qua de terra sacra libellus scriptum se esse testatur adscribamus, saeculo dico XIV medio. codices quibus ut licet plerosque eis recentiores esse vides. multo vero vetustioris libri reliquias eas praebere intellegetur, si excerptis ipsae an solido tragoediarum exemplari ortae sint diiudicaverimus. atque ipsas eclogis deberi certa ratione comprobabitur.

Elucet id in prima statim tragici sententia: in se semper armatur furor¹ quae ab antecedentibus pedestris sermonis praeceptis non segregatur nisi solito interpunctionis signo. signum illud saepissime falso aut adiecit aut omisit librarius, ut coniungenda divelleret (cf. p. 51 Th. 309. p. 55 Oed. 719) secernenda coniungeret (p. 43 Here. I 202. p. 57 Tr. 499. 504² plura cum ubivis pateant tacebo). similiter interdum fabularum inscriptiones, omnes rubro colore scriptae, conlocantur, recto tamen loco pleraeque. atque quod H. I 528 (p. 43) legitur *Item seneca* nescio an initio, quod titulo eget, debeatur. repetitur *Item seneca* bis, in Thyesteis prioris partis sententiis inque secundae partis initio. nomina autem adduntur in priore parte Oedipi Medae Agamemnonis, in altera Thyestis Phaedrae (quo de nomine vide infra) Oedipi Troadis Medae Agamemnonis. apparent neutrius Herculis, neque, quod dolemus, Phoenissarum nomina. facit igitur omisso signo in priore parte aditum a Thyeste ad Phaedram, ab Oedipo ad Troades, ab Agamemnone ad Herculem II, in altera ab Oedipo ad Phoenissas. nec tacendum est quod inter trimetros Med. 193 et 194 (p. 59) intercalatam repetit inscriptionem *Item seneca in medea*. quae omnia quale fuerit librarii exemplar abunde docent.

¹ haec una sententia est a ceterarum ordine diversa, quippe quae non e cantico desumpta sed trimetri iambici altera pars sit.

² falso intellexit quod per compendium scriptum erat *edipisse* scripsit enim *edipisse*.

Accedunt graviora. saepe enim factum est sive ut quae in fabula multorum versuum spatio distent ita librarius commiscuerit ut coniuncta ei ante oculos fuisse appareat, seu quae vitio omiserit loco plane inepto postea conlocarit, seu quae arte cohaereant aliis versibus interponendis disruperit. cuius generis qui velit inspiciat Th. 596^a. 605. 6—596^b. 597 (p. 44. 45). Th. 453. 46. 54 (p. 51) quo loco versum supra omissum infelicissime cohaerentibus intrusit. cf. H. I 318. 19 (p. 48). praeterea satis erit unum transscripsisse locum qui et ceteris luculentior est et omnem quaestionem solus profligabit, nimirum H. I 1245—68 (p. 50):

Semper error sanandus est sceleris obtinuit locum.

„Nemo polluto queat animo mederi morte scelus.“

quibus in examinandis ne exerceiteris Senecae adscribam verum 1245:

Saepe error ingens sceleris obtinuit locum
eiusdemque 1268. 69:

nemo polluto queat

animo mederi: morte sanandum est scelus.

vides quae fuerit sententiarum XXIII versuum spatio distantium fortuna. et si cui forte dubitatio remanserit nunc nemo erit quin haec excerpta de excerptis fluxisse certissime constare credat, ut codicibus quibus utimur omnibus vetustius fuerit solidum tragoediarum exemplar quod transscribendis sententiis ipse excerptionis auctor adhibuit.

Per multas huic origini corruptelas deberi patet. nec prius de scripturarum quae his eclogis propriae sint auctoritate iudicium fiet quam effectum sit, cui fabularum recensione archetypus earum, solidum dico exemplar proximum, adnumeretur.

Nitimur ea in re diiudicanda una Peiperi et Richteri editione, cuius et signis utendum est et numeris mirum quam conturbatis, quod cum dico nolo debitam gratiam denegare apparatus critici largitoribus, quamvis licenter in eurythmia quam vocant poetae obtrudenda explicandaque fabularum historia versati sint. sed opus non duxi sententias ab eis deletas Senecae singulas vindicare, quippe qui ne uno quidem loco eis adsentiar, immo per omnes fabulas unum tantummodo versum ipsos merito eiecisse credam, Medae v. 515 scilicet metrico vitio deformem.

Atque eclogarum quidem in plurimis, ne vana sperentur,

volgaris lectio est, cuius rei non refert exempla cumulare cf. Ph. 1138 Tr. 170. 1020 (p. 46). ordo quoque tragoediarum similior est vulgaribus libris quam Etrusco, diversus ab illis eo tantum quod Phoenissae¹ post Oedipum posita est, non post Thyestem. Octaviam deesse vidimus. quam archetypo quoque defuisse inde non efficitur. nam ne ex Oedipi quidem canticis quidquam, e diverbiis truncam tantummodo versus 930 partem librarius transscripsit: quicquid excessit modum'. Herculis autem alterius in diverbiis omnino neglectae eclogas a librario relictas esse memoravi pluribusque infra probabo. ut ut est non omnia quae e tragoediis excerpta erant ad nos pervenisse patet nec dum satis certo diiudicatum est utrum fuerit in archetypo Octavia nece.

Haec cum non magnam a librorum turba discrepantiam prodant, memorabile est quod fabularum tertia Phaedrae, non Hippolyti nomine inscripta est, quod nisi in Etrusco et indice Vindobonensis nusquam comparet (R. P. praef. p. XXXIII). videndum igitur est num quid ex ipso verborum contextu bonae frugis percipiatur.

Ac sunt quidem haud paucae in singulis scripturae quae cum a vulgaribus recedant cum Etrusco consentiunt:

<i>E cum eclogis.</i>	<i>A</i>
e canticis:	
HI 186 sui(s)	sui
Tr. 1028 credit	credit
1031 scindunt	scindant
e diverbiis:	
Tr. 1244 usquam	unquam
1245 semper	saepe
Th. 307 est grave	grave
Ph. 448 ille conveniat miser	hic quidem vivat m.
886 mors numquam	numquam mors.
927 turpius (turpibus)	turbidis
Oed. 696 loqui	sequi
Phoen. 195 cui (deo)	ceu video
196 ille	ipse
197 om. velle	velle

¹ Phoenissarum nomen nusquam addi memoravi. audacior videar si cum Oedipo eam in archetypo coaluisse suspicor. ceterum consentire me cum editoribus in duas eam partes dispertientibus tacere nolui.

E cum eclogis.

Tr. 796 ipse

Ag. 147 dubiam

A

ipsi

dubium

nolo in his quae librarii errore oriri potuerint premere. nec negabo quin plurima potuerint. sufficiunt vero quae non potuisse apparet. facile Tr. 1245 *sepe* abiit in *sēp* nec raro invenitur quae Phoen. 196 extat inter *ille* et *ipse* commutatio. plus valet Oed. 696 *loqui* pro volgari *sequi*, nec minus Phaed. 927 *turpius*, quod cum Etrusci scripturae *turpibus* simillimum, alienius est a volgari *turbidis*. unum vero luculentissimum nobilioris originis vestigium servatum est Phaed. 448 ubi in Etrusco legitur:

Quem fata cogunt, ille cum venia est miser
in ceteris hic quidem vivat miser
in eclogis ille conveniat miser
cuius scripturae origo cum in propatulo sit (CUMVENIAST ~veniast
conveniat), quae sit harum eclogarum a codicum plebe differentia patet.

Cum excerptis Thuaneis¹ (R. P. praef. XXIV sq.) qui Lugdunensia comparet nihil proficiet. nec seio num quid profecturi simus conferendo scripturas ab editoribus littera *ψ* notatas. quarum indicabimus eas quae cum Etrusco faciunt, consensum igitur probant Etrusci cum „volgarium librorum aliquot vel pluribus“ (R. P. praef. XXVIII), qui cum aliis locis alii, singulis quales sint ignoramus:

*E ψ cum eclogis.**A*

e canticis:

H. I 620 posset

Ph. 783 confidit

Tr. 1025 placuisse

possit

confidat

patusse

e diverbiis:

H. I 357 posse invidiam

660 quae

746 animaeque

1244 addidit (dedit *ψ*)

posse te (ad) invid.

quod

animoque

indidit

¹ corrigendum est in eorum initio

Haec ferite palmis pectora e. q. s.

non est quem fugiat nominis compendium:

Hec. ferite palmis.

<i>E</i> ψ cum eclogis.	A
Th. 451 casas	casam
Ph. 211 tune illa	hunc illa
Oed. 26 quod	quae
84 labet	labat
247 querit	queritur
299 carenti	carentem
696 ac	at
Phoen. 194 abscedit	abscessit
297 regnat	regnet
Ag. 152 metuit	meruit
ib. obruit	obstruit

taceo alia in quibus excerpta cum ψ faciunt, ab E A dissentiunt. cf. Tr. 1019.

Non falleremur si in illis libris ad Etruscum tot locis accedentibus eos plerumque contineri credemus qui meliorem Etrusco hic illic lectionem servarunt, in quibus est Melisseus ille, Vossianus Palatinus alii. qui cum vulgari recensionem adnumerandi sint, specimina eius quamvis inquinata nebulonum opera, minus tamen depravata praebent. de continuis enim correctorum manibus cogitare nolo¹. in generis illius libris eclogarum Lugdunensium archetypum recensendum esse cum Etrusco quem demonstravimus consensus certo comprobatur. quem cum plura melioris notae quam ceteros retinuisse Phaedrae versu 448 patefactum sit, nostro iure speramus alias quoque in eclogis scripturas inventum iri quibus ad emendandas Senecae tragoedias aliquid conferatur.

Permulta autem vides in pagellis istis ab omnium librorum lectione discrepare. notumque est quo consilio ei qui sententias congerebant poetarum verba ipsi commutabant, versum cum ceteris conexum oblitterabant, enuntiatorum copulas resecebant, quae idonea viderentur in sententiarum speciem abire cogebant. dixerunt ea de re O. Richter de Vine. Bellov. exc. Tibul. p. 45 sq. Wölfflin Philol. XXVII p. 152 sq. Protzen de exc. Tib. p. 45 sq. Meyneke M. Rh. XXV p. 369 sq. multa

¹ Ceterum inspicienda sunt quae de duabus harum tragoediarum recensionibus rectissimo iudicio Schmidtus disseruit in Fleckeiseni annal. 1868 p. 781 sq. cf. 794.

eius generis cum legenti suppeditentur, sufficiat pauca memorasse:

Th. 199 (p. 50) [novi ego] ingenium [viri] indocile [:]
flecti non potest e. q. s.

Oed. 58 (p. 54) *codd.*: quodque in extremis solet,
periere lacrimae

ecl.: solent in extremis lacrimae perire

ib. 536 (p. 55) tacere liceat: ulla libertas minor
a rege petitur?

ecl.: tacendi licentia(m) nulla libertas minor a rege petitur

ib. 541 *om.* precor.

Phoen. 190 (p. 56) non est [ut putas] virtus, [pater]

Tr. 913 (p. 58) quamvis careat — et neget — socios-
que — oderit

ecl. caret — negat — odit (*om.* quamv.)

Med. 431 (p. 59) mecum omnia abeant: trahere cum pereas libet

ecl.: omnia trahere pereunti libet

Med. 889 (p. 59) [qua] solent reges capi [:] donis.

eodem recenseas

Phaed. 145 (p. 52) honesta primum est velle nec labi via

ecl.: primum est velle non labi via

ib. 286 (p. 45) non habet latam data plaga amoris frontem cf. ib.
137 sq. (p. 52).

mireris quod unum versum H. I 957 p. 50 recepit neque senten-
tiae accommodatum neque appositum ad accommodandum:

quod subitum hoc malum est?

sed sibi sapiens librarius sententiam esse voluit hanc

quod subitum, hoc malum est.

numeros autem fere ubique prorsus neglectos esse vides.

Quae alius generis sunt maxima ex parte librarii errori-
bus debentur. quibus cum legens iusto saepius offendatur nolo
hic immorari. accedunt alia quae interpolatori tribuenda vi-
deantur, cf. Oed. 26 p. 54 (timeas — metuas) Phoen. 100 p. 56
(nolentem — cupientem) Tr. 409 p. 46 (mortem — obitum) si-
milia. pro *nova* tempestate *fera* extat Ag. 63 p. 47 (cf. Th. 963)
cf. Phoen. 152 p. 56 (homini homo — nemo non homini).

Restant quae antequam reiciantur diiudicandum est
utrum corrupta sint an lectionum varietati merito addantur.
quod iudicium facile fiet de Herc. I 528. 29 p. 43: *quae* non
aequa bonis praemia dividis, quod si non ineptum, deterius

certe est Etrusci scriptura. neque melius Th. 964 p. 45: cum sine *ventis* tranquilla tument. nec Phaed. 1132 p. 46: minor in *parvos* fortuna furit (codd. in parvis). aliter vero iudicabitur de Th. 1107 p. 51

scelere quid pensas scelus?

codd.: scelere quis pensat scelus?

nam neque erat e consilio eius qui sententias si dis placerent conformare malebat quam conloquentium verba intacta retinere, secundam tertiae quam vocant personae praeferre, et concitatissimae fratrum altercationi convenit ut Atrea Thyestes acriter compellet, non ut languidissimo lamento ingemiscat. hanc igitur eclogarum scripturam librorum consensui praeferendam censeo.

Phaed. 454 p. 53: aetas citato mobilis cursu fugit

codd.: aetate fruire: mobili cursu fugit

nescio an eis inserendum sit quae editores p. V diversarum in utraque fabularum recensione scripturarum exempla proponunt. cf. Schmidt. l. s. p. 783. quamquam possunt haec ut sententiae adaptarentur mutata esse — quod si statueris, numeris tamen quod hoc uno loco tam bene interpolator consuluerit mireris — habentque suum explicatum si conferas H. I 179 p. 43: properat cursu vita citato. cf. Meyneke M. Rh. XXV 376 adn. quod ib. 461 legitur

laeta iuvenem, frons decet tristis senem (codd. laetitia) licet adrideat cuiquam, videtur tamen mendo ortum esse, ut Oed. 246 p. 54 regum — regi. Med. 193 p. 59 qui — qui. praetuleris fortasse H. II 618 p. 48: totiens regem. emendatus videtur Phoen. v. 193 p. 56

qui fata conculeavit ac vitae bona

proiecit e. q. s. *codd.* proeuleavit.

moleste enim repetitur praepositio.

Bonam igitur frugem quam e varia eclogarum lectione percepimus perquam exilem esse vides. at aliquid fortasse in eo momenti inesse iudicabis quod codicis illius vetusti iactura minus dolendum esse cognovimus.

Eclogis Lugdunensibus eos subiungi volui versus quos Vincentius quoque Bellovacensis e Senecae tragoediis excerpserat. cuius speculis inspiciendis non debebant editores supersedere: codices enim praeter Etruscum omnes post Vin-

centium saeculi XIII. hominem scripti sunt. eius exemplar utrius recensionis fuerit sciet qui inspexerit spec. doct. V 14: non auro nitidae *trabes*. cf. R. P. praef. IV. XIV**.

Praeter versus illos qui in Lugdunensibus quoque excerptis extant, in speculo doct. et natur.¹ inveniuntur haec:

sp. d. V 25 *ed. Koberg.* O quam miserum est nescire mori (Ag. 635) *repetitur* VI 113. *sp. nat.* XXXII, 107

ib. V 58 Non intrat unquam regium limen fides. precio parata. vincitur precio fides (Ag. 286. 88) *repetitur* V 121. VI 4.

ib. V 68 Det ille veniam facile cui venia opus est (Ag. 268).

ib. V 110 O spes amantium credula (Phaed. 642).

ib. V 136 Rudis est tyrannus morte qui penam exigit (Ag. 1054) *repetitur* VI 117. *ep. nat.* XXXII 107.

ib. VI 4 Regna porro cum scelere omnibus exillis sunt graviora (Phoen. 624. 25).

ib. VI 15 Illicita amantur excidit quicquid licet (H. II 360).

ib. VI 29 Suspecta quoque ne sint longa colloquia deuita al's (*sic*) amputa (Med. 533).

ib. VI 114 Nusquam ille miser est cui facile est mori (H. II 111) *repetitur* VI 127 *sp. nat.* XXXII 109.

ib. VI 124 Fortuna peior amorem inflammat magis (H. II 361).

Plerosque locos (cf. adn.) bis terve in Vincentii speculis comparere vides, eadem illos et dispositione et lectione scriptos eisdemque si repetuntur versibus omissis. debent igitur antea iam aliquo modo conlecti fuisse. quod idem de Tibullianis sensit Lachmannus praef. Tib. p. VI. cf. Wölfflin. l. s. p. 153. Protzen p. 33. Meyncke p. 372. nec dubitabit de Annaeanis O. Richter. (cf. p. 15), inspecto saltem speculo historico. ibi IX, 102 de Seneca Vincentius, cui praeter ceteros favet, haec adnotat: scripsit etiam idem Seneca libros morales peritiles *etc. etc.* Tragedias quoque decem². quod mireris ab eo dici qui Octavianam non noverit. capp. autem 113. 114 eosdem quos per spec. doctrinale sparsit flores tragediarum eius³ in unum congestos invenies verbo tenus cum illis consentientes. in quibus transscribendis editione utar qua soleo Kobergeriana a. 1485 (cf. spec. mor. subscr.: VIII id. febr. 1485 Nurembergk. Anthonius Kobergers).

¹ In speculo morali nullus tragoediarum versus invenitur.

Spec. hist. l. IX c. CXIII

Flōres tragediarum eius.

Idem in tragedia quam vocat troadem.

Invenile vicium est regere non posse impetum (259). quò plura possis plura patienter feras (263). violenta imperia nemo diu continuit. moderata durant (267. 28). qui non *fetat* peccare cum possit. iubet minimum debet libere cui multum licet (300. 345). optanda mors est sine metu mortis mori (879). idem in alia quam vocat ciephe¹. leue est miserias ferre. perferre graue (307). nescitis cupidi regnum quo *iacet* loco. regnum non faciunt opes. non vestis tirie color. non auro nitide trabes. rex est qui posuit metus et diri mala pectoris. quem non ambitio impotens. et nunquam stabilis vulgi fauor mouet. qui est in tuto positus loco. et omnia infra se videt (342—45. 347—52. 365. 66). mihi crede falsis magna nominibus placent. frustra timentur dura. dum excelsus steti: nunquam pauere destiti. atque ipsum timere ferrum est lateris mei. o quantum bonum est obstare nullis. capere securas dapes humi iacentem. scelera non intrans casas. tutusque mensa capitur angusta cibus. venenum in auro bibitur. malam bone fortunam praeferre licet (446—54). peior est bello timor ipse belli. nulla vis maior pietate vera est (572. 549). quos verus amor tenuit. tenebit (551). res deus nostras celeri citatas turbine versat (621. 22). habeant questus discedat timor. vite nimis audus est quisquis non vult mundo secum pereunte mori (885—87). idem in octauia. luxuria blanda pestis. victrix orbis immensas opes auaris manibus ut perdat rapit (439. 445). idem in hercule etheo. nunquam est ille miser cui facile est mori (111). illicita amantur. quicquid licet excidit. fortuna amorem peior inflammat magis (360. 61).

c. CXIV

Adhuc de eodem.

Idem in hercule furente.

Quod nimis miseri volunt hoc facile credunt (317). prona est timori semper in peius fides (320). nullo premetur onere qui celum tulit (429). virtutis est domare que cuncti paudent (439). nemo se tuto diu periculis offerre tam crebris potest.

¹ i. e. Thyeste. ciephe legitur etiam in ed. Veneta a. MDXCI (l. VIII c. 113) mero Kobergerianae exemplo.

Quem sepe transit casus aliquando invenies (330. 31). non est ad astra mollis e terris via (441). post multa opera virtus laxari solet (480). quemcunque miserum videris hominem scias (467). quod fuit durum pati. meminisse dulce est (460). edit verus amor nec patitur moras (592). idem in thebaide. regna cum scelere sunt omnibus exiliis grauiora (624. 25). qui vult amari languida regnat manu (659). idem in ypolitō. contemne famam. vix vero fauet (274). intrepida constant verba. qui timide rogat docet negare (601. 2). hospes amantium credula. res est forma fugax (781). celo iupiter alto vicina petit. non capit unquam magnos metus humilis tecti plebeia domus. circa regna tonat (1145—49). honesta quaedam facit scelera successus (606). alium simile quod vis primus sile (884). idem in edippo. nescisse cupies. nosse quae nimium expetis. iners remedium malorum ignorantia est. ubi turpis est medicina sanari piget (529. 28. 30). solent extrema facere securos mala (390). quid verba queris veritas odit moras (871). quod sepe fieri non potest fiat diu (969). idem in medea. leuior est dolor qui capere consilium potest. libet ire contra (155. 57). suspecta ne sint longa colloquia. amputa (533). idem in agamennone. periere mores. ius. pietas. fides et qui redire cum perit nescit pudor. per scelera semper sceleribus tutum est iter (113—15). temere imus illuc unde non decuit abire non intrat unquam regium limen fides precio parata. precio vincitur fides (241. 286. 88). heu quam dulce malum mortalibus additum. vitē dirus amor (610. 11). quem penitet peccasse pene est innocens (244). O quam miserum est nescire mori (635). rudis est tyrannus morte qui penam exigit (1054). det ille veniam facile cui venia opus est (268). idem de immatura morte. una res est virtus que nobis immortalitatem donare potest. et pares diis facere¹.

c. CXV secuntur excerpta ex epist. ad Luc.

Haec qui primum perlegerit persuasum habebit non de solido

¹ Senec. ed. III 424 adn. Haasius dicit: Vincentius Bellovacensis in spec. hist. lib. VII c. 116 memorat libros de immatura morte, nec tamen vidit; nullos enim ex iis flosculos excerpsit. habes flosculum, at eundem quem Lactant. adfert inst. div. III 12, 11 (frg. 27 Haas.), e quo corrige: quae nos immortalitate donare possit.

tragoediarum exemplari Vincentium sua sumpsisse, sed et ipsum de excerptis. cuius rei fidem facit et ordo versuum legitimum minime in omnibus secutus et alia quae non typhothetis deberi cum speculo doct. consensus efficit. eidem vero fonti Vincentianas cui Lugdunenses eclogas deberi si quis propter sententias ab utroque fere easdem electas (cf. praeter ceteras Th. 342 sq.) opinetur, vereor ne non recte iudicarit. prohibet enim et dispositio sententiarum in Lugdunensibus cantica et diverbia secuta, in Vincentianis neglecta, et fabularum ordo plane diversus inque Vincentii speculo ab omnibus libris alienus. ordo vero codicis de quo Vincentii eclogae originem duxerunt genuinus fortasse restituetur si c. 113 et 114 loca inter se mutare iusseris. nimirum ordo evadet hie:

1) Herc. I 2) Phoen. 3) Hipp. 4) Oed. 5) Med. 6) Ag.

7) Tr. 8) Thy. 9) Oct. 10) H. II.

non idem ille quidem sed fere idem ac Vindobonensis codicis ordo (v. P. R. praef. XXXIII):

1) Herc. I 2) Phoen. 3) Hipp. 4) Oed. 5) Tr. 6) Med.

7) Ag. 8) Oct. 9) Th. 10) H. II.

cf. foliorum mediolanensium ordinem praef. p. XXIX. confirmatur dispositio illa eis quae Vincentius dicit spec. hist. III 59: hunc Herculem Seneca vocat etheum, quae est ultima tragoediarum eius. cf. S. Aldhelm. de septen. et de re gramm. ac metr. ad Aricium regem (in Mai class. auct. V p. 501 sq.) p. 588: cantus, accepta praepositione ad, utrinque corrumpitur; ut accentus qui graece prosodia nuncupatur. sic eadem *d* littera in *t* transmutatur. ut Lucius Anneus Seneca in sexto volumine tetrametro brachycatalecto sic ait — geminumque duplices Argos attollit domus (Ag. 766) — et infra — dubia labat cervice, famuli attollite (824)². cf. R. P. praef. p. XXXII adn.

Sed unum restat quod e Vincentii flosculis lucrabimur. loci enim in capitibus istis insunt tres quos in ceteris non inveni: Oed. 529 Ag. 610 et, quo gaudeant quibus Octavia cordi est, versus Octaviae 439. 45. atque ita quidem illi inter se conglutinati sunt ut, quod etiam aliunde edocti sumus, antea iam in excerptis eos conlatos fuisse appareat. in quibus scriptum erat

Luxuria blanda pestis —

Luxuria victrix orbis immensas opes e. q. s.

eam vero tragoediam cuius versus de excerptis desumptos, codice igitur Etrusci saeculo non recentiore oriundos, Senecae

adscribere anno MCCL. vir pro tempore doctus non dubitaverit, non posse aevo medio compositam esse fore spero ut etiam Braunius concedat. cf. Buecheleri iudicium in Fleckeiseni annal. 1872 p. 474. maxime autem iuvat inutilem sic profligari quaestionem de qua mirum quantum disceptandum videbatur Braunio de Oct. trag. Kil. 1863 (cf. Fleckeis. ann. 1868 p. 875. 1869 p. 875.) et Richtero Fleckeis. ann. 1867 p. 260 sq. cf. praef. p. XII.

Unum superest quod addatur de necessitudine quam quis inter Vincentiana excerpta et Lugdunensia intercedere crediderit. nempe consilium certe utriusque excerptiois simile erat. sed quod consentiunt in plurimis eo factum est quod in codicibus flores, eae nimirum sententiae quae legenti maxime adriderent, signo notari solebant cuius etiam in Lugdunensibus plus uno exemplar margini adiectum est. neque nunc dubitabis quin plura in eis excerptis ex quo illa fluxerunt extiterint, librarius vero reliqua missa fecerit subscripseritque *hactenus Seneca*, cum ceteroquin aut simplicissima subscriptione (*explicit fol. 148^v 167^r*) aut nulla uteretur.

ECLOGAE.

(antecedit Pauli ad Senecam epist. XIV H.)

Ichil venali misericordia turpius. „omnis instabilis et incerta facultas est. „quid non timendum felicibus putas? quid desperandum felicibus? „perierat totus orbis nisi iram finiret *mia*. „non sunt affectus nisi in nostra potestate. „nulla satis pudica est de qua quaeritur. „et truces quoque animos misericors natura debilitat. „longe recedendum ab omni obscenitate et verborum et sensuum. „quedam satius est cause detrimento tacere quam verecondie dicere. „quedam iura non scripta sed scriptis omnibus certiora sunt. „tutior adversus fortunam est cui aliquid post dampnum superest. „facilius est paupertatem laudare quam ferre. „optimus virtutis finis est antequam deficias desinere. „non est beneficium scelus non facere. „nemo vicia qui odit imitatur. „non cohercet vicia qui prouocat. „in se semper armatur furor¹. „nouit paucos secura quies. „qui velocis memores cui tempora numquam reditura tenent. „dum fata sinunt vivite leti. | properat cursu vita citato. voluerique f. 155 v. die rota praecipitis vertitur anni. „dure peragunt pensa sorores. nec sua retro fila reuoluunt. „at genus hominum fertur rapidis, obuia fatis incerta suis². „certo ueniunt ordine parce, „nullo iusso cessare licet. nulli scriptum proferre diem³. venit ad pigros cana senectus. „humilique loco sed certa sedet. sordida parue fortuna domus. „alte virtus animosa cadit⁴.

Item seneca.

Fortuna viris inuida fortibus. que non eque bonis praemia diuidis⁵. „odit verus amor nec patitur moras⁶. „nemo ad id sero venit, unde numquam, cum semel venit potuit reuerti. „quid iuuat durum properare fatum? omnis haec magnis vaga

¹ *Herc. I 98* errorque et in s. s. armatus furor.

² *H. I 176—186*. 185 gens 186 sui / *E* suis *V*.

³ *H. I 190—92* 190 ordine *E in ras. cum A* tempore *Meliss*.

⁴ *H. I 201—204*.

⁵ *H. I 528. 29. 529* quam non aequa. eque *corr. ex* equis.

⁶ *H. I 592*.

¹ *H. I 869—78. 871* durum *E A* dirum *V Turon*.

turba terris. ibit ad manes facietque inerti. vela cocito: tibi
 creseit omne. et quod occasus videt. et quod ortus. „parce
 venturis tibi mors paramur. sis licet segnis properamus ipsi.
 prima quae vitam dedit hora carpsit¹. „proxima puris sors est
 manibus nescire nephas².

Item seneca.

Eges non faciunt opes. non vestis tyrie color. non
 frontis nota regie³. rex qui posuit metus et mala diri pector-
 ris. quem non ambitio | impotens, et numquam stabilis fauor
 praecipitis vulgi mouet⁴ qui tuto positus loco infra se videt
 omnia. occurritque suo libens fato. nec queritur mori⁵. mens
 bona regnum possidet⁶. rex est qui metuit nichil⁷. hoc reg-
 num sibi quisque dat⁸. „nulli mors grauis incubat. qui notus
 nimis omnibus ignotus moritur sibi⁹. „nulla vis maior pietate
 uera est. „iurgia eternis inimica durant. „que amor verus te-
 nuit tenebit¹⁰. „peior est bello timor ipse belli¹¹. „nulla sors
 longa est¹². metuitque casus mobiles rerum dubiumque tempus.
 „vos quibus rector maris atque terre ius dedit magnum necis
 atque vite. ponite inflatos tumidosque voltus. quicquid ex vobis

³⁻⁵ *Vinc. Bell. spec. doct. V, 14 ed. Koberger.* Seneca in tyeste.
 nescitis cupidi regnum quo iacet loco regnum non faciunt opes. non
 vestis tyrie color. non auro nitide trabes. rex est qui posuit metus.
 et diri mala pectoris: quem non ambitio impotens. et numquam stabilis
 vulgi fauor mouet. qui est in tuto positus loco. et omnia infra se videt.

¹⁰ *Vinc. Bell. sp. d. V, 41.* Seneca in thieste. nulla vis maior pie-
 tate vera est. quosque verus amor tenuit tenebit. *ib. VI, 84.* Seneca
 in tyeste. quos verus amor tenuit tenebit.

¹¹ *ib. V, 44.* Idem in tyeste. peior est bello timor ipse (*sic*) belli.

887 carpit *E* carpsit *A*.

² *Herc. I 1104. 5.*

³ *Thyest. 344-46.* 344 regem.

⁴ *T. 348-52.* 348 rex est. 349 diri mala. 352 vulgi praecipitis.

⁵ *T. 365-68.*

⁶ *T. 380* regnum bona.

⁷ *T. 388.*

⁸ *T. 390.*

⁹ *T. 401-3.* 401 illi.

¹⁰ *T. 549-51.* 550 externis. 551 quos.

¹¹ *T. 572.*

¹² *T. 596 cf. p. 45, 2.*

¹ *T. 605-622.* 605 cuncta diuinat m. c. 610 a vobis.

minor extumescit. maior hoc vobis dominus minatur. omne sub regno grauiore regnum est. „quem dies vidit veniens superbum, hunc dies vidit fugiens iacentem. „nemo confidet nimium secundis. nemo desperet meliora lapsis. miscet haec illis prohibetque cloto. stare fortunam. rotat omne fatum. „nemo tam diuos habuit faentes. crastinum ut posset sibi polliceri. „res deus nostras celeri citatas turbine versat¹. „dolor ac voluptas inuicem | cedunt. breuior voluptas². „vite est auidus quis- f. 156^r. quis non vult mundo secum pereunte mori³. „rebus est grauis pudor afflictus. „magis unde cadas quam quo refert⁴. „proprium hoc miseris sequitur vicium, numquam rebus credere letis. „redeat felix fortuna licet tamen afflictos gaudere piget⁵. „meror lacrimas amat assuetas. flendi miseris dira cupido⁶. „mittit luctus signa futuri mens ante sui praesaga mali. „instat nautis fera tempestas, cum sine ventis tranquilla timent⁷. non habet latam data plaga amoris frontem. sed vorat tectas penitus medullas⁸. „anceps forma bonum mortalibus. exigui donum breue temporis. ut velox celeri pede laberis⁹. momento rapitur ullaque non dies formosi spoliū corporis abstulit. res est forma fugax. quis sapiens bono confidit fragili? dum licet utere¹⁰. raris forma viris impunita fuit¹¹. „fraus

¹ 621. *Vinc. Bell. sp. d. V, 123*. Idem in tyeste. res deus nostras celeri citatas turbine versat.

³ *ib. VI, 114*. Idem in tyeste. abeant questus: discedat tumor vite nimis auidus est. quisquis non vult mundo secum pereunte mori. *repetitur sp. nat. XXXII, 109*.

¹⁰ 781. *ib. V, 98*. Seneca in ypolito. res est forma fugax. *repetitur spec. natur. XXXII, 99*.

620. extimescit A expavescit E 616 lapsus vel lapsis A lassis E non sanum est 620 possit A posset E ψ.

² *Thyest. 596* nulla sors longa est d. a. v.

³ *T. 886—87*.

⁴ *T. 928—29*. 928 rebusque gr. | afflictis.

⁵ *T. 942—45*.

⁶ *T. 956—57* 957 cupido est.

⁷ *T. 961—64*. 961 vultus A luctus E 964 vento | tument. *membrana in margine sinistra laesa est*.

⁸ *Phaedr. 286. 87*. 286 plaga frontem.

⁹ *P. 769—71*.

¹⁰ *P. 779—82*. 779 nullaque. 782. confidit E ψ confidat α.

¹¹ *P. 828. 29* viris, saecula prospice, imp. f.

sublimi regnat in aula¹. castos sequitur mala paupertas. vicioque potens regnat adulter². „quanti casus humana rotant. minor in paruos fortuna furit. leuiusque ferit leuiores deus. seruat placidos obscura quies. praebetque senes casa securos. admota e | thereis culmina sedibus, duros excipiunt nothos³. raros patitur fulminis ictus. humida vallis⁴. non capit unquam magnos motus humilis tecti plebeia domus. circa regna tonat⁵. quicquid excessit modum⁶. Item seneca in edippo.

† Elix quisquis bello moriens. omnia secum consumpta videt⁷. post mortem nichil est. ipsaque nichil. velocis spacii meta nouissima. spem ponant auidi solliciti metum. „queris quo iaceas post mortem loco? quo non nata iacent⁸. „ne turpe puta quicquid miseros fortuna iubet⁹. „dulce merenti populus merentum. dulce lamentis resonare gentes. lentius luctus lacrimae que mordent. turba quas fletu simili frequentat. dolor et magnus gaudet in multos. sua fata mitti seque non solum placuisse pene. ferre quam sortem paciuntur omnes. nemo recusat. nemo se credet miserum licet sit. tolle felices. remoueto multo diuites auro. remoueto centum rura qui seindunt opulenta bobus. pauperi surgent animi iacentes. est miser nemo nisi compatus. dulce in immensis posito ruinis. neminem letos habuisse vultus. ille deplorat queriturque factum. qui secans fluctum rate singulari. nudus in portus | cecidit petitos. equior casum tulit et procellas mille qui ponti

⁵ *Vinc. Bell. sp. d. V, 127.* Idem in ypolito. celo iupiter alto. vicina petit non capit unquam magnos. metus humilis tecti plebeia domus circa regna tonat.

¹ *Phaedr. 990.*

² *P. 995. 96.*

³ *P. 1132—38.* 1133 parvis. 1136 praebetque senes *E* ψ praebet somnos *a* 1138 d. e. n. *A* euros excipiunt excipiunt notos *E*.

⁴ *P. 1141—42.*

⁵ *P. 1147—49* 1148 plebeia.

⁶ *Oed. 930 sequitur 931* pendet instabili loco.

⁷ *Troad. 169. 70. 170* videt *A* tulit *E*.

⁸ *Tr. 406—410.* 406 ipsaque mors nihil 409 post obitum.

⁹ *Tr. 720. 21* nec.

¹ *Tr. 1019—1041.* 1019 populus dolentum. 1020 lamentis *A* et maerentes *E* 1022 simili *A* similis *E* 1023 semper ah semper dolor est

pariter carinas obrui vidit¹. „rara est in dominos iusta licentia².

Item seneca in medea.

“ Vlla vis flamme tumidique venti tanta. nec teli metuenda torta. quanta cum coniunx viduata tectis ardet et odit³. cecus est ignis stimulatus ira. nature regi curat patiturue frenos. aut timet mortem. cupit ire in ipsos obuius enses⁴. constitit nulli via nota magno⁵.

Item seneca in agamennone.

“ Regnorum magnis fallax fortuna bonis. in praecipiti dubioque nimis excelsa loco. numquam placidam sceptris quietem. certumue sui tenuere diem. alia ex aliis cura fatigat. vexatque animos fera tempestas⁶. ut praecipites regum casus. fortuna rotat. metui cupiunt. metuique timent. non nox illis alma recessus. praebet tutos. non curarum sompnus domitor pectora soluit⁷. „licet arma uacent cessentque doli, cadunt ipso pondere magna. ceditque oneri fortuna suo⁸. nubibus ipsis inserta caput. turris pluuiis vapulat austro⁹. quicquid in altum fortuna tulit, ruitura leuat. „modicis rebus longius e | uum est¹⁰. „est rara fides ubi iam melior fortuna ruit. tu quicumque es qui sceptris tenes. licet omne tua volgus in aula. centum pariter limina pulset. cum tot populis vix una fides. tenet auratum limen erynis. et cum magne patuere fores. intrant fraudes, cautique doli ferrumque latens. cum-

malignus *E* semp. ah semp. om. *ψ* ipse magnus *A* et magnus *ψ* 1025 placuisse *E* *ψ* potuisse *A*. 1028 credet *E* credit *A* 1029. 1030 remouete *E* remoueto *A* 1031 scindunt & scindant *A* 1032 recentes *ψ* 1033 comparatus 1040 ponto.

² *Med.* 109.

³ *M.* 582—85. 583 torti 584 taedis.

⁴ *M.* 594—97. 595 nec regi 596 haut 595 *inter* curat et patitur inducit librarius quod per compendium scripserat pariter.

⁵ *M.* 606.

⁶ *Agam.* 57—63. 59 locas 63 nova tempestas.

⁷ *A.* 71—76.

⁸ *A.* 87—89. 88 sidunt.

⁹ *A.* 92. 93.

¹⁰ *A.* 101—103.

¹ *Herc.* II 605—618. 605 nam rara. 610. 11 quom (quem *E* cum *A* correxit *Peiperus*) tot populis stipatus eas, in tot populis vix una fides.

que in populos prodire parant. comes Inuidia est. noctem quociens submouet eous, tociens regem credite nasci¹. „audis audis natura parum est². „aurea rumpunt tecta quietem. vigilesque trahit purpura noctes³. „pectora pauper secunda gerit. tenet epatula fago. sed non trepida tenet ipsa manu⁴. aurea miscet pocula sanguis⁵. „non sibi felix pauper habetur. nisi felices cecidisse videt⁶. male pensantur magna ruinis⁷. transit tutos fortuna sinus⁸.

Item seneca.

⁹ Vod nimis miseri volunt hoc facile credunt. amoueri posse nec tolli putant. immo quod metuunt nimis numquam. prona est timori semper in peius fides⁹. iniqua raro maximis virtutibus fortuna parcat. nemo se tuto diu periculis offerre crebris potest. quem sepe transit casus aliquando inuenit¹⁰. f. 157^r. „qui genus | iactat suum. aliena laudat¹¹. „ars prima regni est posse inuidiam pati¹². „pacem reduci velle victori expedit,

⁹ Vinc. Bell. sp. d. V, 115. Idem in hercule furente. quod nimis miseri volunt hoc facile credunt. prona est timori semper in peius fides.

¹⁰ ib. V, 123. Seneca in hercule furente. nemo se tuto diu periculis offerre. tam crebris potest. quem sepe transit casus aliquando inueniet. V, 27. Idem in hercule furente. nemo se tuto diu periculis offerre tam crebris potest.

adnotat Peip.: stip. eas in ras. m. sec. E abest hic v. a vetustioribus Commelinus. 618 regem totiens.

² Herc. II 635.

³ H. II 650—51.

⁴ H. II 656—58. 657 tenet e patula pocula fago A. t. patula poc. f. E. t. et p. p. f. Rehdigeranus 11.

⁵ H. II 661.

⁶ H. II 677—78. 677 nec sibi.

⁷ H. II 695.

⁸ H. II 701.

⁹ H. I 317—320. 318. 19 h. f. c. immo quod metuunt nimis numquam moueri p. n. t. p. E. amoueri A.

¹⁰ 329—32. 331 tam crebris 332 cf. quae adnotat Peiperus.

¹¹ H. I 344. 45.

¹² H. I 357. posse inuidiam E posse et inv. A alia alii. versum corruptum habeo.

victo necesse est¹. „sequitur superbos victor a tergo deus². „non temperari facile nec reprimi potest stricti ensis ira³. „cum victor arma posuit, et victum deest deponere odia⁴. „cogi qui potest nescit mori⁵. „nullo premetur onere qui celum tulit⁶. „imperia dura tolle quid virtus erit⁷. „virtus est domare quem cuncti pauent⁸. „non est ad astra mollis e terris via⁹. „semper magno consistit nasci deum. „quemcumque miserum videris hominem scias. „quemque fortem videris miserum neges¹⁰. „post multa virtus opera laxari solet¹¹. „qui morte cunctos luere supplicium iubet. nescit tyrannus esse. diuersa irroga. miserum veta perire felicem iube¹². „que fuit durum pati meminisse dulce est¹³. „ipsa morte peior est mortis locus¹⁴. „quod quisque fecit patitur. auctorem scelus repetit. suoque premitur exemplo nocens¹⁵. quisquis est placide potens. dominusque vite. seruas innocuas manus. et incruentem mitis imperium regit. animeque parcit. longa permensus diu felicitis | eui spacia. vel celum petit. vel leta memoris elisii loca. iudex futurus sanguine humano quicumque regnas. scelera

^{6 8 9 13} *Vinc. Bell. sp. d. V, 81.* Idem in hercule furente nullo vero premetur onere qui celum tulit: virtutis est domare que cuncti pauent. non est ad astra mollis e terris via. que fuit durum pati meminisse dulce est.

¹⁰ *ib. V, 67.* Seneca in hercule furente. quemcumque miserum videris hominem scias. *idem VI, 105. cf. spec. natur. XXXII, 104.*

¹¹ *ib. VI, 85.* Idem in hercule furente. post multa opera virtus laxari solet.

¹ *Herc. I 372. 73.*

² *H. I 389.*

³ *H. I 408. 9. nec temp.*

⁴ *H. I 413. 14.*

⁵ *H. I 430. 29.*

⁷ *H. I 437.*

⁸ *H. I 439.* virtutis est εΑ virtus e. alii.

⁹ *H. I 441.*

¹⁰ *H. 466—68.* 466 semperque magno constitit 468 quemcumque.

¹¹ *H. I 480.*

¹² *H. I 515—17.*

¹³ *H. I 660. 61.*

¹⁴ *H. I 710.* ipsaque.

¹⁵ *H. I 739—40.*

¹ *H. I 743—51.* 744 servat. 746 animaeque *Ep* animoque *A.* 748 laeta felix memoris. 749 humano abstine quic.

taxantur modo maiore nostra¹. „victima haud ulla amplior potest magisque opima inartari ioui. quam rex iniquus². „quod subitum hoc malum est³. „sepe vindicta obfuit⁴. „hoc habet proprium furor in se ipso seuit⁵. „quis nomen unquam sceleris errori addidit. semper error sanandus est sceleris obtinuit locum⁶. „nemo polluto queat animo mederi morte scelus⁷. „Veniam dabit sibi ipse qui nulli dedit⁸. „dextra contactus pios scelerata refugit⁹.

Item seneca in tieste.

⁸ Celera non ulcisceris nisi vincis¹⁰. ingenium indocile flecti non potest, frangi non potest¹¹. „maximum hoc regni bonum est quod facta domini cogitur populus sui quam ferre tam laudare. „quos cogit metus laudare eosdem reddit inimicos metus. qui fauoris gloriam veri petit animo magis laudari quam voce uolet. laus vera et humili sepe contingit uiro. non nisi potenti falsa. „rex velit honesta nemo non eadem f. 157 v. uolet. „ubicum | que honesta dominanti liceret precario regnatur. „ubi non est pudor. nec cura iuris. sanctitas. pietas. fides. instabile regnum est¹². „nefas nocere uel malo fratri puta fas est in illo quicquid in fratre est nefas¹³. „credula est spes¹⁴.

Malorum sensus acerescit die. „leue est miserias ferre.

751 vestra *Eψ* nostra *A*.

² *Herc. I 926—28. 927* mactari Ioui. non intellexit *Joyem* librarius.

³ *H. I 957.*

⁴ *H. I 1194.*

⁵ *H. I 1227. 28. 1227* quodque habet. 1228 ipse.

⁶ *H. I 1244. 45. 1244* umquam. 1245 saepe error ingens sceleris obtinuit locem *A* semper furor *E*.

⁷ *H. I 1268. 69. 1269* morte sanandum est scelus.

⁸ *H. I 1274.*

⁹ *H. I 1325. 26.*

¹⁰ *Thyest. 195. 96.*

¹¹ *T. 199. 200. novi* ego ingenium viri indocile. 200 fr. potest.

¹² *T. 205—217. 207* quam f. tam l. *A*. tam f. quam l. *E*. 209 at qui. 210 quam voce laudari. 212 falsa. quod nolunt velint. 213 *inter rex et venit expunxit* nisi. 214 u. tantum hon. dom. licent.

¹³ *T. 219. 20. inter* malo et fratri *expunxit* patri (fat').

¹⁴ *T. 295.* spes improba.

perferre est¹. peiora iuvenes facile. „precepta audi². sepe in magistrum scelera redierunt sua. ut nemo doceat fraudis et sceleris vias regnum docebit³. „rudibus fides non est in anis. „tacere multis discit vite malis⁴. „multa trepidus solet detegere vultus. magna volentem quoque consilia produnt⁵. „o quantum bonum est obstare nulli. capere securas dapes. humi iacentem. scelera non intrant casas. tutusque mensa capitur angusta cibus. venenum in auro bibitur⁶. „falsis magna nominibus placent⁷. malam bone praeferre fortunam licet⁸. „tuta sine telo est domus. rebusque paruis alta praestatur quies. immane regnum posse sine regno pati. „nec abnuendum est si dat imperium deus, nec appetendum⁹. „serum est cauendi tem | pus in mediis malis¹⁰. „influentis dona fortunae abiunt. expertus est quicumque quam facile effluant¹¹. „sceleris modus debetur ubi facias scelus¹². non ubi reponas. scelerere quid pensas scelus¹³?

Item seneca in phedra.

⁴ Visquis in primo obstitit, pepulit amorem suus ac victor fuit. „qui blandiendo dulce nutriuit malum, sero recusat ferre

¹ *Vinc. Bell. sp. d. V, 85.* Seneca in tyeste. leue quidem est miserias ferre: sed perferre graue.

⁶ *ib. VI, 80.* Seneca in tyeste. quantum bonum est obstare nulli. tutusque mensa capitur in angusta cibus. venenum in auro bibitur. malam bone fortunam praeferre licet.

⁷ *ib. V, 127.* Seneca in tyeste. mihi crede falsis magna nominibus placerent. frustra timentur dura: dum excelsus steti. nunquam pauere destiti. atque ipsum timere. ferrum est lateris mei.

¹ *Thyest. 306. 7.* 307 est grave.

² *T. 309.* facile praecepta audiunt.

³ *T. 311—13.*

⁴ *T. 317—19.* tacita tam rudibus 318 annis. detegent forsā dolos: tacere m. discitur v. m.

⁵ *T. 330—32.* multa sed trep. 331 nolentem.

⁶ *T. 449—53.*

⁷ *T. 446.* mihi crede: f. m.

⁸ *T. 454.*

⁹ *T. 468—72.* 471 est s. om. A.

¹⁰ *T. 478.*

¹¹ *T. 536. 37.* quis influentis d. f. abnuuit.

¹² *T. 1056. 57.* sceleri.

¹³ *T. 1107.* quis pensat.

¹ *Phaed. 137—40.* 138 pepulitque amorem tutus ac.

quod subiit iugum¹. „ad recta flecti regius non vult tumor². „fortem facit vicina libertas senem. „primum est uelle non labi via. pudor est secundus nosse peccandi modum³. „monstra fato scelera moribus imputes⁴. „negatur magnis sceleribus semper fides⁵. „animus culpa plenus et timens scelus aliqua tutum nulla securum tulit⁶. „dignum esse amorem turpi serui- cio fauens finxit libido. quoque liberior foret titulum fu- rori numinis falsi addidit⁷. „quisquis secundis rebus exultat nimis. fuitque luxu semper insolita adeptus. tunc illa magne dira fortune comes subit libido⁸. „penates rarius tenues subit
f. 158 haec delicatas eligens pestis domos. „et sancta paruis habi- tat intactis. venus. „mediumque sanos vulgus affectus tenet. et se coerces modico. contra diuites regnoque stulti plura quam fas est petunt „quod non potest vult posse qui minus potest⁹. non unquam amplius conexas tetigit supera qui mersus semel adiit silentem nocte perpetua domum¹⁰. „amore didicimus vinci feros¹¹. „pars sanitatis velle sanari fuit¹². „prohibere nulla ratio periturum potest. „ubi quis mori constituit et debet mori¹³. fama vix vero fauet¹⁴. „malus est minister regii imperii pu-

¹⁴ Vinc. Bell. sp. d. V, 115. Idem in ypolito. contemne famam vix vero fauet.

² Phaed. 142. nolit.

³ P. 144—46. 145 honesta p. e. v. nec l. v.

⁴ P. 149. nam monstra f. moribus scelera i.

⁵ P. 166. (utque contingat stupro) negata m. sc.

⁶ P. 168. 69. (quid poena praesens —) animusque e. p. et semet t. ? sc.

⁷ P. 200—202. deum e. a. turpis et vitio furens E turpiter vitio favens a. ut exc. ψ . laesa est in sinistro margine membrana.

⁸ P. 209—212. 210 fluitque l. s. i. appetit E appetens A 211 tunc illa E ψ hunc illa a tunc illum ψ .

⁹ P. 214—20. 214 cur in penates. spatium inter tenues et subit fissura laesum vacuum reliquit librarius ut solet. 216 cur sancta 218 coercent modica 219 fulti. inter quam et fas expunxit librarius vocem satis. 220 nimium potest.

¹⁰ P. 224—26. 225 convexa.

¹¹ P. 245.

¹² P. 254.

¹³ P. 270. 71. 271 quis A qui E.

¹⁴ P. 274.

dor¹. „quem fata cogunt ille conueniat miser. „at si quis ultro se malis offert volens. „perdere est dignus bona quis nescit uti². „etas citato mobilis cursu fugit³. „leta iuuenem frons decet, tristis senem⁴. „qui timide rogat docet negare⁵. „honesta quaedam scelera successus facit⁶. „cure leues loquuntur ingentes stupent⁷. „muliebre non est regna tutari⁸. „regni tenacis et tacite stigris. nullam relictos fecit ad superos viam amor⁹. „tutissimum est inferre cum timeas gradum¹⁰. „mens impudica facere non casus solet¹¹. „struitur omnis fraude feminea dolus¹². „pars una vite manet extincto | sensu¹³. „quod alium silere voles primus sile¹⁴. „mori volenti mors numquam potest¹⁵. „o vita fallax abditos sensus geris. „animis quoque pulcram turpius faciem induis. „pudor impudentem. audacem quies. pietas nephandum. vera fallaces probant. simulantque molles dura¹⁶. „omnium potens quanto parentes sanguinis vinculo tenes, natura, quam te colimus inuite quoque¹⁷. „hau

⁵ *Vinc. Bell. sp. d. V, 51.* Idem in ypolito. rogantis autem in-trepida constant verba. nam qui timide rogat docet negare.

⁶ *ib. VI, 125.* Seneca in ypolito. honesta quaedam scelera successus facit.

¹⁴ *ib. V, 92.* Seneca in ypolito. alium silere quod vis: primus sile. *repetitur V, 170.*

¹ *Phaed. 438.*

² *P. 448—51.* ille cum venia est miser *E* hic quidem vivat miser *A* 450 seque ipse torquet p. e. d. b.

³ *P. 454.* aetate fructu: mobili cursu fugit.

⁴ *P. 461.* Laetitia iuv.

⁵ *P. 601.*

⁶ *P. 606.* honesta *A* non ista *E* cf. 145.

⁷ *P. 615.*

⁸ *P. 627.* tutari patris *A* t. urbium *E* *ψ* virum *ed.*

⁹ *P. 633. 3A. r.* tenacis dominus e. t. s. 634 amor *fuit* mors.

¹⁰ *P. 730.*

¹¹ *P. 743.* impudicam.

¹² *P. 836.* instruitur.

¹³ *P. 850.* p. u. v. mansit extincto mihi, sensus.

¹⁴ *P. 884.* alium silere quod voles.

¹⁵ *P. 886.* m. v. desse mors numquam p. *E* numquam mors *A.*

¹⁶ *P. 926—30.* 926 obditos 927 animisque p. turpibus *ε* turbidis *A* 928 impudentem celat.

¹⁷ *P. 1123—25.* 1123 o nimium p. 1124 vinclo. 1125 inuiti.

flore honeste quod quisque uoluit potest. „malorum maximum hunc cumulum reor. si abhominanda casus optata efficit¹. „mors amoris una sedamen mali. mors pudoris maximum lesi decus².

Item seneca in edippo.

³ Visquamne regno gaudet? o fallax bonum quantum malorum fronde quam blanda tegis. ut alta ventos semper excipiunt iuga. rupemque saxi uasta dirimentem freta. quamuis quieti verberant fluctus maris. imperia sic excelsa fortune obiacent³. „cum magna horreas quod posse fieri non putes timeas tamen⁴. „solent in extremis lacrimae perire⁵. „regnum reor aduersa capere. quoque sit dubius magis status. et cadentis imperii moles labet. hoc stare certo pressius fortem f. 158 v. gradu. haud est uirile terga fortune dare⁶. | eger animus falsa pro ueris uidet⁷. „ubi leta duris mixta in ambiguo iacent iunctus animus scire cum cupiat timet⁸. „dubiam salutem qui dat afflictis negat⁹. „regum tuenda maxime regi est salus. „quaerit peremptum nemo quem incolumem timet¹⁰. „visu carenti magna pars ueri latet¹¹. „solet ita certis minimum ostendi notis¹². „solent extrema facere securos mala¹³. „inher malorum remedium est ignorantia¹⁴. „ubi turpis est medicina sanari pi-

¹³ *Vinc. Bell. sp. d. V, 143.* Seneca in edippo. Solent extrema securos facere mala.

¹⁴ *ib. VI, 18.* Idem in edippo. iners in medium malorum ignorantia est.

¹ *Phaed. 1127-29.* quisque quod *A* prauiora *Etruscus* praebet. 1128 equidem malorum 1129 optanda *E* optata *A* quod uerum est.

² *P. 1196. 97.* o mors — o mors.

³ *Oed. 6-11. 7* fronte 10 verberant *E* verberat *A*.

⁴ *O. 25. 26. 26* quod *Eψ* quae *A* metuas tamen.

⁵ *O. 58. 59.* quodque in extremis solet, periere lacrimae.

⁶ *O. 82-86.* regium hoc ipsum reor 84 labet *Eψ* labat *A*.

⁷ *O. 208.* an — uidet?

⁸ *O. 212. 13. 213* incertus animus.

⁹ *O. 217.*

¹⁰ *O. 246. 47. 246* regi — regum. 247 querit *Eψ* queritur *A*.

¹¹ *O. 299.* carenti *Eψ* carentem *A*.

¹² *O. 335.* s. ira c. numinum o. n.

¹³ *O. 390.*

¹⁴ *O. 528.* ignorantia est.

get¹. „odere reges dicta quae dici iubent². „tacendi licentiam nulla libertas minor a rege petitur. „sepe uel lingua magis regi atque regno muta libertas obfuit. ubi non licet tacere quid cuiquam licet. „imperia soluit qui tacet iussus loqui. „coacta uerba placidus accipias. ulline pena uocis expresse fuit?³ „certissima est regnare cupienti uia. laudare modica et ocium ac somnum loqui, ab inquieto sepe simulatur quies⁴. „aditus nocendo perfido praestat fides⁵. „res secunde non habent unquam modum⁶. „dubia pro certis solent timere reges. „qui pauet vanos metus uera fatetur. „quisquis in culpa fuit dimissus omne odit quod dubium putat. | odia qui nimium timet regnare nescit. „regna custodit metus. „qui sceptris duro seuus imperio regit. timet. „timentis metus in auctorem regit⁷. „prima languescit senum memoria longo lassa sublabens situ⁸. „sepe iam spacio obrutam leuis memoria reuocat nota⁹. „latere semper patere quod latuit diu. „sepe eruentis ueritas patuit malo¹⁰. „magnum esse magna mole quod petitur scias¹¹. „non expedit conutere felicem statum. „tuto monetur quicquid extremo in loco est¹². „ueritas odit moras¹³. „mors in nocentem sola fortune eripit¹⁴. „quod sepe fieri non potest fiat

¹ *Vinc. Bell. sp. d. V, 5.* Idem in edippo. ubi turpis est medicina sanari piget. *repetitur VI, 96. spec. natur. XXXII, 99.*

¹³ *ib. VI, 51.* Idem in edippo. quid uerba queris. ueritas odit moras.

¹ *Oed. 530.*

² *O. 533.*

³ *O. 536—42.* tacere liceat nulla *A* ulla *E* 538 libertas obest. 541 accipias precor.

⁴ *O. 695—97.* 695 uia *A* uox *E* 696 ac somnum loqui *E* (ac εψ). at somnum sequi *A*.

⁵ *O. 699.* aditum nocendi.

⁶ *O. 707.* quod res secundae *A* quod de est secunda *E*.

⁷ *O. 712—19.* 714 ueros fatetur *A* meretur *E* 715 odit omne. *ut exc. ψ* 716 sic odia fiunt: odia q. 719 timet timentis. metus i. a. redit.

⁸ *O. 838. 39.*

⁹ *O. 841. 42.* 842 leuis exoletam memoriam r. n.

¹⁰ *O. 847. 48.* 848 eruentis.

¹¹ *O. 850.*

¹² *O. 854—55.*

¹³ *O. 871.* moras *correxit libr. e* mores.

¹⁴ *O. 955.*

diu¹. „nemo fit fato nocens². „qui cogit mori nocentem in equo est quique properantem impedit. „occidere est vetare volentem mori³. „malo imperari quam eripi michi mortem⁴. „ubique mors est. „optime ordinavit deus. eripere vitam homini homo potest. at mortem nemo. mille ad hanc aditus patent⁵. „deceat roboris magni virum non esse sub dolore. non virtutem malis dare terga. non est uirtus timere vitam sed malis ingentibus obstare nec se uertere ac retro ducere. „qui fata conculcauit. ac vite bona proiecit. atque abscedit. et casus suos oneravit ipse cui nullo est opus | quare ille mortem cupiat et quare petat? utrumque timidi est. „contempsit mori qui non cupit. „cuius haut ultra mala exire possunt in loco est tuto situs⁶. „nefas nullum per nefas nati putant⁷. „semper infirmo fauens miseris magis fortuna conciliat suis⁸. „negare matri qui diu dubitat potest⁹. „quociens necesse est fallere aut falli a tuis potius paciari ipse quam facias scelus¹⁰. „in seruitutem cadere de regno grave est¹¹. „regnare non uult ille qui inuisus timet. „simul ista mundi conditor posuit deus. odium atque regnum. regni sed magni reor odia ista premere. multa dominantem vetat amor suorum. plus in iratos licet.

¹ *Vinc. Bell. sp. d. V, 85*. Idem in edippo. quod sepe fieri non potest fiat diu.

¹ *Oed. 969*.

² *O. 1041*.

³ *Oed. frg. 98--100*. 99 nolentem 100 cupientem mori.

⁴ *Ofr. 102*. mortem mihi.

⁵ *Ofr. 151--53*. u. m. e. optime hoc cavit deus: e. m. nemo non homini p., at nemo mortem.

⁶ *Ofr. 188--199*. et hoc decebat r. tanti v. 189 *inter* sub et dolorem *expunxit* arbore | victum malis 190 non est ut putas virtus pater. 192 retro dare 193 proculcavit 195 ipse cui deo *E* ipsi ceu video *A* 196 ille *E* ipse *A* cupiat aut 197 nemo contempsit. qui concupivit *E* qui concupiscit *a* qui non concupiscit *ψ* 199 tuto est.

⁷ *Ofr. 300*. nefasque.

⁸ *Phoen. frg. 23. 24*. animus semper 24 miseris.

⁹ *Pfr. 80*.

¹⁰ *Pfr. 131. 32*. 131 suis 132 patiari potius.

¹¹ *Pfr. 235*.

¹ *Pfr. 292--98*. r. n. v. esse q. i. t. 294 regnum. regis hoc magni reor *E* regis et *A* 297 regnet *A* regnat *Eψ*.

„qui vult amari languida regnat manu. „inuisa numquam imperia retinentur diu¹. „imperia precio quolibet constant bene².

Item seneca in troade.

^m Aiora veris monstra vix capiunt fidem³. „iuvenile vicium est regere non posse impetum⁴. „quo plura possis plura patienter feras⁵. „violenta nemo imperia continuit diu. „mandata durant. „quo fortuna altius euexit ac leuauit humanas opes. hoc se magis suppressere felicem docet variosque casus tremere⁶. [ego esse quicquam scepra nisi vano putem fulgore tectum nomen et falso comam vinco decentem? casus haec rapiet breuis⁷. „qui non vetat peccare cum possit iubet⁸. „praeferre patriam liberis rege decet. „lex nulla capto parcit at penam inpedit. „quod non vetat lex hoc vetat fieri pudor. „quodcumque libuit facere victori licet. „minimum decet libere cui multum licet⁹. „miserrimum est timere cum speres nichil¹⁰. „haec causa multos una ab interitu arguit cum dispersisse victor feroces inpetus primos habet^{11 12}. „miser occupet praesidia,

¹ 297. *Vinc. Bell. sp. doct. VI*, 2. Idem in thebaide. qui vult amari languida regnat manu.

⁴ *ib. VI*, 13. Idem in troade. iuvenile vicium est regere non posse impetum. *VI*, 28. i. v. e. non regere p. i. *cf. spec. natur. XXXII*, 82.

^{5 6} *ib. VI*, 3. idem in troade. quo plura possis plura patienter feras. violenta imperia nemo diu continuit: moderata durant.

^{8 9} *ib. V*, 69. Idem in troade. qui non vetat peccare cum possit iubet. *ib. VI*, 1. Seneca in troade. minimum decet libere cui multum licet. at qui non vetat peccare cum possit: iubet. *S. repetitur VI*, 4.

² *Oed. frg.* 302.

³ *Troad.* 176.

⁴ *Tr.* 259.

⁵ *Tr.* 263.

⁶ *Tr.* 267—71. 268 moderata durant quoque f. a. 270 decet.

⁷ *Tr.* 280—82. 282 rapiet *EA* rapit *ψ*.

⁸ *Tr.* 300.

⁹ *Tr.* 341—45. 341 regem 342 aut.

¹⁰ *Tr.* 434.

¹¹ *Tr.* 498. 99. arcuit credi perisse *EA* arguit *ψ*.

¹² *Tr.* 504.

securus legat¹. „leuius solet timere qui propius timet². „generosa in ortus semina exurgunt suos³. „est quidem iniustus dolor rerum estimator⁴. „tuta est perire quae potest, dum cupit. „magnifica uerba mors prope admota excutit⁵. „necessitas plus posse quam pietas solet⁶. „stulta est fides celare quod prodas statim⁷. „veritas numquam latet⁸. dediscit animus sero quod didicit diu⁹. „fletus erumpnas leuat¹⁰. „magnus sibi ipse non facit finem dolor¹¹. „optanda est mors sine metu mortis mori. „ratione caret et necti negat magnus dolor¹². sociosque non numquam sui meroris ipsos odit¹³. „perdere patriam f. 159^v est graue. grauius timere¹⁴. „prima mors miseros fugit¹⁵.

Item seneca in medea.

⁵ Rauria quisquis uulnera patiente et equo animo pertulit referre potuit. „ira quae que tegitur nocet. „professa produnt odia vindictae locum. „leuis est dolor qui capere consilium potest¹⁶. „fortuna fortes metuit ignauos premit. tunc est probanda si locum virtus habet. „numquam potest non esse virtuti locus¹⁷. „qui nichil potest sperare desperet nichil¹⁸. „tem-

¹² *Vinc. Bell. sp. doct. VI, 114.* Idem in troade. optanda mors est sine mortis metu mori. *repetitur spec. natur. XXXII, 109.*

¹⁶ 155. *ib. V, 112.* Idem in medea. leuior autem est dolor qui capere consilium potest. et libet ire contra.

¹ *Troad. 506.*

² *Tr. 524.*

³ *Tr. 545.*

⁴ *Tr. 554. 55.*

⁵ *Tr. 583. 84. 583 potest debet c.*

⁶ *Tr. 590.*

⁷ *Tr. 596.*

⁸ *Tr. 623. latet A perit E.*

⁹ *Tr. 642. sero A sicre E.*

¹⁰ *Tr. 775.*

¹¹ *Tr. 796. ipse E ipsi A.*

¹² *Tr. 879. mors est.*

¹³ *Tr. 913—15. 913 quamvis careat et flecti neget EA necti ψ 915 oderit (causam tamen et quae secuntur).*

¹⁴ *Tr. 922. 23. est patriam.*

¹⁵ *Tr. 964.*

¹⁶ *Med. 151—55. 152 aequo mutus animo 153 ira quae teg. quae que per compendia 154 perdunt EA produnt ψ .*

¹⁷ *Med. 159—61. 160 nunc ψ tunc $\alpha\epsilon$.*

¹⁸ *M. 163. nil — nihil.*

pori aptari decet. „fortuna opes auferre non animum potest¹. „qui iudicas cognosce. qui regnas. iube. „equum atque iniquum regis inperia feras. Item seneca in medea.

Iniqua numquam regna perpetuo manent². „vox constituto sera decreto venit. „quis statuit aliquid parte inaudita altera? equum licet statuerit haut decus fuit³. „hoc reges habent magnificentum et ingens nulla quod rapiat dies prodesse miseris. supplices fido lare protegere⁴. „nullum ad nocendum tempus angustum est malis⁵. „amor timere neminem verus potest⁶. „omnia trahere pereunti libet⁷. „nemo potentes aggredi tutus potest⁸. „gravis ira regum est semper⁹. „tibi innocens sit quisquis est pro te nocens. „ingrata vita est cuius accepte pudet¹⁰. „solent reges capi donis¹¹. „vindicta lenis est quam ferunt parvae manus¹².

Item seneca in agamennone.

Edire cum perit nescit pudor¹³. „per scelera semper sceleribus tutum est iter¹⁴. „ubi animus errat optimum est casum sequi. „ceca est temeritas quae petit casum ducere. „cui ultima est fortuna quid dubiam timet¹⁵. „res est profecto stulta nequicie modus. „quod metuit auget qui scelus scelere obruit.

^{13 14} *Vinc. Bell. sp. doct. VI, 15.* Seneca in agamemno. periere mores: vis: pietas: fides et qui redire cum perit nescit pudor. per scelera semper sceleribus tutum est iter.

¹ *Med. 175. 76.*

² *M. 193—95. si iud. c. si r. i. 194 imperium.*

³ *M. 197—99. 198 qui 199 haut aequus.*

⁴ *M. 222—25.*

⁵ *M. 292.*

⁶ *M. 419.*

⁷ *M. 431. mecum omnia abeant: trahere cum pereas libet.*

⁸ *M. 433. potentes A potentem E.*

⁹ *M. 497.*

¹⁰ *M. 506—7.*

¹¹ *M. 889—90. (qua fraude capti? qua) solent reges capi: donis.*

¹² *M. 909. parvae A purae E.*

¹³ *Agam. 114. et qui redire.*

¹⁴ *A. 116.*

¹⁵ *A. 145—47. 146 casum ducem.*

„et ferrum et ignis sepe medicine loco est¹. „rapienda rebus
in malis praeceps via est². „mors misera non est conmori cum
quo velis³. „sera numquam est ad bonos mores via. „quem
penitet peccasse pene est innocens⁴. „prospera animos efferunt⁵:

Hactenus Seneca.

¹ *Vinc. Bell. sp. doct. VI, 22.* Idem in agamemnone. remeemus
illuc unde non decuit abire. quem penitet peccasse: pene innocens est.

¹ *Agam. 151—53.*

² *A. 155.* Rapienda *E* capienda *a*.

³ *A. 203.*

⁴ *A. 243. 44.* nam sera.

⁵ *A. 253.*

secuntur »excerpta ex epistolis Plinii«.

CRITICA

SCRIPSIT

HERMANNUS DIELS.

I

Codicum Monacensium catalogum Hardtianum nuper tractanti occurrit mihi valde memorabilis quaedam *Porphyrīi historiae philosophae* mentio vol. V p. 365, ubi codici graeco 547 *inedita* quaedam deperditi illius libri fragmenta adiuncta esse memoratur. unde etsi mirabar A. Nauckium, quem tres menses olim excutiendis Porphyrianis codicibus Monacensibus tribuisse sciebam, nihil fragmentorum suae syllogae addidisse neque quidquam omnino ea de re adnotasse, tamen cum ante hos quindecim menses ipse illam bibliothecam adirem, anecdota ea, quae Hardtius indicaverat, adeuratus inspexi. quo facto quae cognoverim, adponam.

Continet liber Monacensis 547, chartaceus ille forma quadrata, diversis saeculi XV manibus exaratus praeter hymnum heroicum toti volumini praemissum f. 1^r usque ad 301^r *Πρόκλον Πλατωνικοῦ διαδόχον εἰς τὴν Πλάτωνος θεολογίαν*, tum f. 304^r ad f. 354^r *Πρόκλον μεγάλον φιλοσόφον καὶ Πλατωνικοῦ διαδόχον θεολογικῆς στοιχειώσεως ὑποτύπωσις*. finitis his Proeli commentariis cum nonnulla folia vacua superessent, f. 354^v et 355^r postea ab homine minutissimo litterarum genere uso, qui idem Proeli passim commentariis scholia addidit, impleta sunt *Porphyrīanis* fragmentis, quorum priorem ex historia philosopha excerptam partem Hardtius ineditam esse adnotavit.

Inscribitur ibi primo capiti *πορφυρίων ἐκ τοῦ πρώτου λόγου τῆς φιλοσόφου ἱστορίας*, cuius initium est *μη δυνάμενοι οἱ ἀρχαῖοι δηλονότι σοφοὶ τὰ πρῶτα εἶδη* usque ad *ἐν προσηγήρευσαν*. ecce genuinum tenemus Porphyriae historiae fragmentum quod in vita Pythagorae 48 p. 33, 10—34, 2 N

legitur, nisi quod verba *οἱ ἀρχαῖοι δηλονότι* explicandi gratia addita sint pro genuino *φησί*. sed ne nimiis nos dedamus expectationibus monet *Cyrrillus*, qui eundem hunc Porphyrii locum libro contra Iulianum primo [p. 19 C. Aubert.] inseruit. nimirum ex hoc libro, non ex integro Porphyrii opere anecdota illa Monacensia hausta esse clarissime inde probatur, quod eidem tituli, totidem verba, eadem denique scripturae discrepantia in Monacensi libro cognoscatur, quam Cyrilli exempla produnt. idem adparet altero examinato loco *τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ* in scripto, qui incipit *ἐννέα δὴ ὄντων — πάντων σοφώτατον*, nam etiam hoc anecdoton exhibet *Cyrrillus* l. I. p. 28 A [cf. Porphyr. ed. Nauck p. 5, 6 sqq.] Tertium fragmentum deinceps [*ὄνομα — σωζόμενον* = f. XIV N.] et quartum [fr. XVII N.] et quintum [fr. XV N.] eodem modo e *Cyrrillo* sumpta sunt. quid multa? omnia haec excerpta, quorum altera pars ad Porphyrii libros de abstinentia et ad *Nemertium* pertinet, e *Cyrrilli* libro contra Iulianum compilata sunt, cuius singulos passim libros litterulis minimis in margine adnotatos esse uidebit, si quis oculos intenderit. ad irritum igitur cecidit nostra spes augendae Porphyriani libri notitiae et pro novis fragmentis eliciamus principem XV saeculo confectam fragmentorum syllogen.

Porphyrii autem libri ne prorsus inutiliter mentionem movisse uidear, pauca proferam quae ad servatam vitam *Pythagorae* adnotata habeo.

p. 14, 19 Nauck. *πλέοντος δὲ τοῦ Μνησάρχου εἰς τὴν Ἰταλίαν συμπλέεσαντα τὸν Πυθαγόραν νέον ὄντα κομιδῇ σφόδρα οὖσαν ἐνδαίμονα καὶ τόθ' ὕστερον εἰς αὐτὴν ἀποπλεῦσαι.* Westermann in *Porphyrii* vita *Laertio Didotiano* adiuncta haec sic vertens quumque in Italiam, opibus tunc maxime florentem, *Mnesarchum* navigantem *Pythagoras* admodum adhuc adolescentulus iam comitatus esset deinceps quoque cum navi eandem repetiisse, latina graecis non congrua reddidit, tamen sensisse aliqua ex parte quae expectarentur videtur. primum enim *καὶ τόθ' ὕστερον* sensu caret, quare omissum est *ὕστερον* ab interprete illo, qui *καὶ τότε* vertit deinceps quoque. desideratur autem temporis notio in illo *σφόδρα οὖσαν ἐνδαίμονα*, quam bene Westermann addito tunc complevit. tertio loco verissime idem latine dixit *navi eandem repetiisse*, modo graeca responderent. omnia autem plana

videbis, si hoc modo sententiam genuinam reduxeris: σφόδρα οὔσαν εὐδαίμονα καὶ τόθ', ἴστερον εἰς αὐτὴν ἐπαναπλεῦσαι. confertur igitur Italia iam tum sive tum quoque florens cum posteriore tempore, et in eam Pythagoras iterum postea rediisse dicitur.

p. 26, 26 N. τὰς γοῦν διατριβὰς καὶ αὐτὸς ξωθεὶν μὲν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐποιεῖτο ἀρμόζομενος πρὸς λύραν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καὶ ἄδων παιᾶνας ἀρχαίους τινὰς τῶν Θάλλητος. quid? animaene et Iyrae concentum fingamus? an id quod sexcentiens factum uidemus, ΨΥΧΗΝ et ΦΩΝΗΝ hoc quoque loco confusum esse putabimus? fortasse praeter ipsam uocum similitudinem ea quoque quae secuntur somnolento librario fraudi fuerunt: καὶ ἐλήθε τῶν Ὀμήρου καὶ Ἡσιόδου ὅσα καθήμερον τὴν ψυχὴν ἐδοξίμαζεν. conferas autem § 26 καὶ τῶν Ὀμηρικῶν στίχων ἐκείνους μάλιστα ἐξέμνει καὶ μετὰ λύρας ἐμμελέστατα ἀνέμελλεν.

p. 27, 2 τοὺς δὲ περιπάτους οὐδ' αὐτὸς ἐπιφθόπως μετὰ πολλῶν ἐποιεῖτο, ἀλλὰ δεύτερος ἢ τρίτος ἐν ἱεροῖς ἢ ἄλσεσιν, ἐπιλεγόμενος τῶν χωρίων τὰ ἰσχυράτα καὶ περικαλλέστατα. haec intellegi nequeunt neque profecto magis Westermanni adscita lectione ἀνεπιφθόπως. sed hoc adparet οὐδ' αὐτὸς (solus) ὀρπονι insequentibus ἀλλὰ δεύτερος ἢ τρίτος, quo intellecto facile pristina restitues τοὺς δὲ περιπάτους οὐτ' αὐτός, οὐτ' ἐπιφθόπως μετὰ πολλῶν ἐποιεῖτο, ἀλλὰ δεύτερος κτλ.

II

Probavit mihi nuper E. Bachrens [Fleckeiseni annal. 1872 p. 51] carminis amoebaei quod est DCLXXXVII anthologiae Rieseanae [II 147] in versibus veris

Quid tu tarda Hiems, cuculo convitia cantas?

Qui torpore gravi tenebrosis tectus in antris

Post epulas Veneris post stulti pocula Bacchi

emendandum esse (post epulas *Cereris*, post stulti pocula Bacchi), at non mihi idem probavit, in altero versu codicum lectione *tectus* relicta corrigendum esse *stratus*. imo faciliior et unice apta est haec emendatio:

qui torpore gravi tenebrosis *stertis* in antris. uelut v. 14 nigris sed *dormiat* antris et 34 tarda Hiems semper *dormire* parata.

III

Anaxandridae elegantissimi de senectute versus, quos quarto libro inseruit Stobaeus [Floril. t. 117, 2] vitio manifesto traduntur:

οὐ τοι τὸ γῆρας ἐστὶν ὡς οἶμι, πάτερ,
τῶν φορτίων μέγιστον. ἀλλ' ὅς ἂν φέρῃ
ἀγνωμόνως αὐτῷ, οὐτός ἐστιν αἴτιος.

Frustra quaesiverit quispiam, cuiusnam rei senex ille αἴτιος sit, quae vox quam non apta sit facile sua quisque sponte intelletet mihiq̄uē credet olim lectum esse οὐτός ἐστὶν αὐτῷ, velut in haud absimili sententia Musonius dixit [Stob. t. 117, 8, IV 89, 29 Mein.] καὶ τόγῃ ἀθλιώτατον ποιοῦν τὸν βίον τοῖς γέρονσιν αὐτὸ τοῦτό ἐστιν ὁ τῶν θανάτων φόβος.

IV

Legimus in Quintiliani instit. I 5 [p. 9, 12—15 Halm.]: *et natura tenacissimi sumus eorum, quae rudibus annis percipimus: ut sapor quo nova imbuas durat, nec lanarum colores quibus simplex ille candor mutatus est elui possunt.* offendimur uoce *nova* nude posita. nam ut totius sententiae nexu efficiatur, non de quibuslibet rebus novis sapore imbuendis cogitari potest, sed de vasis, quem ad modum in altero exemplo non cuiusvis generis colores commemorantur, sed lanarum. quare necessario addendum est *vasa*, quod si post imbuas collocaveris, simul omissionis originem intelleges. Expressum autem esse notissimum illud Horatii quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diu non est quod moneam.

V

Veterum scriptorum libros manu scriptos qui versant, eas nugas, quas ipsi librarii de suis ingeniolis adpingere solent, non nimis curare videntur. neque fortasse immerito, cum plurima sane quae legantur indigna sint. tamen cum pauca huius generis praecipue graeca nota sint, ex codice Caesar. Vindob. theol. 149 (Ness.) haud insecitam subscriptionem adponam, quam scriptor huius codicis Manuel finito Nicetae in Gregorii Nazianzeni orationes commentario (quem novembri anni 1291 absolvisse subscribit) laeto animo subiungit:

ὡσπερ ξένοι χαίρουσιν ἰδεῖν πατρίδα
καὶ οἱ θαλαττεύοντες ἰδεῖν λιμένα,
οὕτω καὶ οἱ γράψαντες βιβλίον τέλος.

Versus (quos ille continuos scripsit) conferendi sunt cum similibus, quae Wattenbach [das schriftwesen im mittelalter p. 285] adnotavit.

Verum non semper mitis sese praebent antiquarii, interdum irascuntur eidem offensi scriptoris verbis in quibus describendis desudant. cuius generis ex *Asclepii* codice Monacensi, ubi talia simul cum ipsius scriptoris verbis ex vetustiore codice translata sunt, Bonitz lepidum edidit specimen [Alexandri Aphr. ed. p. XX sqq.], ubi librarius cum saepius levissima illius iudicia indignaretur, ad p. 1041^a 10 iratus haec adnotat: θεός σε κολάσει ἐφθόν' ὡς βασκίηραντα τοῖς καλοῖς, quae verba non emendate prolata esse a Bonitzio miror. scripserat enim illarum dirarum auctor: θεός σε κολάσει ἐφθόνῳ βασκίηραντα τοῖς καλοῖς.

VI

In gravissimo Plutarchi libro qui de facie in orbe lunae inscribitur traduntur haec c. XVI: αὕτη [sc. ἡ σελήνη] τε γὰρ ἀδηλός ἐστι τηρικαῦτα, κακείνον [sc. τὸν ἥλιον] ἀπέκρουσε καὶ ἠφάνισε πολλάκις,

ἀπεσκίασε δὲ οἱ αὐγὰς,
ὡσπερ φησὶν Ἐμπεδοκλῆς
ἔστ' αἶαν καθύπεροθεν, ἀπεσκίασε δὲ γαίης
τόσσον, ὅσον τ' εὖρος γλανκώπιδος ἔπλετο μήνης.

Agitur de solis defectione, quam Empedoclem luna subeunte effici docuisse e Stobaei excerptis [Ecl. phys. 25 p. 530] scimus. illius versibus autem misere corruptis, ut fere totus libellus hodieque mendis scatet¹, Xylander hanc medicinam

¹ Perlegenti occurrerunt inter alia: c. 4 καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ μεγάλῃ θαλάττῃ πλέουσι [lege αὐτῇ τῇ], c. 5 extr. ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταλαμβανομένης τῆς σελήνης [l. καταλαμπομένης cf. Hippol. ref. omn. haer. I 8, p. 22, 42 Schn.], c. 6 ἐξάξεσθε τήμερον [l. ἐπάξεσθε], ib. med. οἰκτεῖροι δὲ τοὺς ὑποκειμένους τῇ μεταφορᾷ τῆς σελήνης [l. καταφορᾷ ut infra τῆς μεταφορᾷς κώλυσιν], c. 11 καὶ πᾶν ἀπλῶς σῶμα τὸ κέντρον περιεστηγὸς ἢ περιεκείμενον ἄνω γίνεται, κάτω δὲ μόνον ὃν ἐν τῷ ἀσώματον σημεῖον ἐκείνο [dele dittographiam on], c. 16 ὡσπερ αἱ δᾶδες

adhibuit ἀπεσκέδασεν δέ οἱ ἀγὰς ἐς γαῖαν κτλ. quam lectionem amplexus Mullach [Fragm. Phil. I 55] hoc modo interpretatur sic autem explicatur hoc loco solis defectio, ut eius radii lunae obiectu intersepiari dicantur, ἡ σελήνη ἀπεσκέδασε τὰς τοῦ ἡλίου ἀγὰς τὰς καθύπερθεν (ἀνωθεν) εἰς τὴν γῆν τεταμένας. quae explicatio stare nequit, quia graeca verba nil aliud exprimere possunt nisi hoc: dispulit [scil. luna] soli radios desuper terram versus quae sententia nihili est. partem dispexit veri Bergk qui dudum certa emendatione restituit ἀπεσκίασεν. restat igitur monstrosum illud ἐστὶ αἶαν καθύπερθεν, quod Stein Emped. frgm. 158 perperam correxit in ἰσταμένη καθύπερθεν (scil. ἡλίον), immemor ille qualis sit lunae solisque in defectione collocatio. quare ut Empedocli suum reddamus scribamus:

ἀπεσκίασεν δέ οἱ ἀγὰς
 στασ' αἶας καθύπερθεν, ἀπεσκήρωσε δὲ γαίης
 τόσον ὅσον τ' εὐρος γλανκώπιδος ἔπλετο μήνης.

Luna dum super terra stat obscurat soli radios atque terrae inumbrat tantum quanta glaucae lunae est latitudo, quibus verbis ipsum illud exprimitur, quod tradit Stobaeus l. l. ἐκλειψιν δὲ γίνεσθαι σελήνης αὐτὸν [scil. ἡλίον] ἐπερχομένης.

VII

Doctissime nuper et acutissime Usener [rh. mus. XXVIII 391 sqq.] *Ciceronis Hortensii* varios locos illustravit ignotumque antea fragmentum idque haud contemnendum addidit. postremo loco *Boethii* de gloriae vanitate disputationem, quam consolationi philosophiae inseruit, non e *Ciceronis Somnio* [de rep. VI 20 sqq.] haustam et amplificatam esse ostendit, sed ex eiusdem clarissimo dialogo *Hortensio*. cuius rei fides augetur, si alio quoque loco *Tullianum* illum protrepticum *Boethio* ad manum fuisse adparebit, cuius loci mentio ut multa alia in nostris fragmentorum conlectionibus desideratur.

Extat locus, quem dico in differentiis top. l. II [op. omn. Basil. 1570 p. 866 sqq.]: sunt etiam definitiones, quae non a rei substantia, sed a nominis significatione ducuntur atque

αὐξομένου τοῦ φωτός [l. ἀνάμεινα], paullo infra ἀλλὰ δέισιν [l. δέησιν cf. c. 18 med. ὁ μὲν ἀηρ δέησιν], c. 17 extr. ὡς συγχεῖσθαι καὶ λάμπειν τὸ φῶς [l. ὥστε συγχεῖσθαι καὶ λάμπειν].

ita rei de qua quaeritur applicantur. ut si quaeratur utrum philosophiae studendum sit, erit argumentatio talis: *philosophia amor sapientiae est, huic studendum nemo dubitat, studendum igitur est philosophiae*². hic enim non definitio rei, sed nominis interpretatio argumentum dedit, quo *Tullius etiam in Hortensio in eiusdem philosophiae usus est defensione*³.

Fortasse ad hanc conclusionem pertinet fragmentum Nonianum [v. Prudentia, fragm. Tur. 1862 n. 23]: *id enim est sapientis providere, ex quo sapientia est appellata prudentia*. accuratius autem de Boethii fragmento disserendi in Hortensii restitutione locus erit, quam ut aliquis feliciore eventu instituire possit, quo olim F. Schneider usus est, Krischei, Crecelii, Halmii, Bywateri, Useneri symbolis provisum est.

Scriptum Hamburgi.

QVAS RATIONES IN HIATV VITANDO
SCRIPTOR DE SVBLIMITATE ET ONESANDER
SECVTI SINT.

SCRIPSIT
HERMANNVS DE ROHDEN.

I. de hiatu in libro περὶ ὑψους scripto.

Quo clarius in annos intelligitur inter veterum scriptorum principes locum deberi ei qui περὶ ὑψους libellum scripsit, quo saepius viri docti iterum conati sunt inter celeberrimos proximi post Augusti imperium temporis scriptores Graecos invenire cui hic tribui libellus possit, eo magis mirandum esse videtur quod, ut textum qui tantis lacunis mendisque scateat restituerent omninoque perspicerent scribendi rationem huic libello singularem, ad nostrum usque tempus paucissimi tantum eique nullo modo operam dederunt sufficientem. in *hanc* rem primus inquirere Vaucher coepit (in libro: études critiques sur le traité du sublime. Genève 1854) qui ex verborum praecipue copia apud nostrum Plutarchumque simili studuit ipsum scripsisse Plutarchum π. ὑψ. libellum demonstrare, sed satis leviter rem tractavit: opus erat critica textus recensione, cuius post Leonardum Spengel qui 'primus artem criticam in hoc libello scite exercuit' (in Rhetor. Graec. vol. I. pag. XIII-XX, 245-296. Lipsiae 1853) fundamentum posuit Otto Jahn in libri editione quae Bonnae 1867 prodiit adiutus nova codicis Paris. 2036 collatione ab Ioanne Vahlen a. h. saec. LXI adcuratissime confecta. — At tamen in hac quoque editione quae adpositae sunt adnotationes criticas non eadem semper diligentia scriptas esse, dum quod in manibus erat exemplar illud quocum Vahlen codicem Par. contulit pro verbo inspiciebam, satis intellexi; cuius incuriae infra nonnulla exempla proferam.

Haud inutile fore spero si adcuratius ostendam ut Plutarchum, de quo proximo abhinc tempore post Carolum Sintenis

(in epistola critica ad Hermannum Sauppium de hiatu in Plutarchi vitis parallelis. Servestae 1845) complures dissertationibus egerunt, sic etiam huius libelli scriptorem vitasse hiatum neque alio modo de quo infra disputabimus Onesandrum (cf. M. Haupt in Herma V pg. 175) qui strategicum scripsit ad Qu. Veranium scriptorisque *περὶ ὕψους* videtur fere aequalis fuisse, simulque demonstrabo ab editoribus ipsis hac de qua quaeritur re neglecta molestissimos in textum hiatus esse inlatos locosque nonnullos a P. codice recte traditos male in dubium vocari. — Ita igitur quam mihi proposui quaestionem instituiam, ut primum re vera scriptorem effugisse hiatum exemplis quibusdam illustrem, tum quales admisisse videatur explicare studeam, postremum nimis inconsiderate ab editoribus hiatus in textum esse inlatos ostendam.

Neque καὶ nec qualemcumque articulum efficere quem vitari oportebat hiatum notum est, attamen ubi fieri sine difficultate poterat maluisse scriptorem crasin quam vocant adhibere multis locis adparet, cuius rei inprimis mihi insigne pg. 34,²⁷ (edit. Jahn.) extare exemplum videtur. eo enim loco in P. codice legitur: *ἔπει τ' Ἀχιλλέως* quod servari non potest. Tollius recte vidit in *ἔπειτ'* praepositionem *ἐπί* latere, ita ut haec verba illis (v. 25) responderent *ἐπὶ τοῦ Θνήσκοιτος Οἰδίπουν*, quem secutus primus L. Spengel et meo quidem iudicio rectissime scripsit *ἐπὶ τ' Ἀχιλλέως* [Tollius Vaucher *ἐπὶ τ' Ἀχιλλέως*], quod Otto Jahn non debuit in *ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως* mutare; doceri enim hoc loco videmur multis fortasse locis scriptorem ad concursus vocalium vitandos crasin adhibuisse, quam librarii perperam intellectam suo arbitrio mutarunt. — Aliud eiusdem rei exemplum si Ottonis Jahn adnotationem sequimur pg. 65,¹³ legi videtur; ad hunc enim locum, ubi in textum recepit *τὸ δ' ἀχαρί ἐστι* adnotavit: *ἀχαρί ἐστι* scripsi, *ἀχαριστί* P., *ἀχάριστον* Robortellus. at falsus est vir doctissimus. legitur hic versus ita in P. codice: *ἔξεδέχεται τέλος ἀχαριστί. ἄσμενόν γὰρ τὸ κοπιᾶσαι ἰδιωτικόν. τὸ δ' ἀχάριστον τηλικούτον πάθος ἀνοίκειον.* quid igitur? potestne credi, quoniam priore loco *ἀχαριστί* stare non potest, librarii incuria verba *ἀχαριστί* et *ἀχάριστον* locum commutasse? mihi quidem verisimilius videtur, quod Robortellus legit eumque secutus Spengel scripsit, utrumque verbum fuisse *ἀχάριστον*. — pg. 31,⁹ praebet P *ἀπο τοῦ δημηγικοῦ κείνον νόματος.* adparet scriptorem ne

hiatus existeret pro usitatissimo *ἐκείνου* quod alias semper posuit, hoc loco *κείνου* praetulisse. itemque pg. 29,⁹ in P. codice legitur *διὸ κείνο*, quod qua de causa mutatum sit ab aliis in *διόπερ ἐκείνο* quod Spengel, ab aliis in *δι' ὃ ἐκείνο* quod O. Jahn recepit, non intellego. quibus perspectis dubium non erit quin uno illo loco quo post longam vocalem in P. *ἐκειν-* invenitur pg. 57,¹⁴ *οἱ ἰσόθεοι ἐκείνοι* item *κείνοι* sit scribendum. eodem fere modo res se habet 41,³ *εἰ θέλεις*. quare certissimum mihi videtur etiam pg. 63,⁵ *ὅποι δὴ θέλεις* non *ἐθέλεις* legendum esse.

pg. 16,¹⁶ *ἔστι δὲ, ὃ φίλος, εἴ τινα περιποιησάμεθ' ἐν πρώτοις* sq. — nulla excogitari potest alia causa cur scriptor non ut solebat *ὃ φίλε* posuerit quam quia voluerit hiatus quamvis levissimum vitare. — pg. 21,¹¹ praebent codices *c* et *d*. (in P. haec folia desunt) *πολὸν δὲ τῶν περὶ τὴν θεομαχίαν ἀμείνω τὰ ὅσα ἄχραντὸν τι ... παρίσταν;* non recte illud *τὰ* a Vauchero quem O. Jahn secutus est deletum esse existimo, cum non dubitem quin non nisi ad hiatus vitandum *ἀμείνω ὅσα* verbis sit a scriptore interpositum. — Liceat hic pauca addere de loco pg. 28,¹³ ubi P. ineptam lectionem tradit *ἀρετὴ καὶ ἦν καλοῦσιν ἀΐξις*, quam qua ratione Vaucher defendere velit non intellego; neque quod in Ambros. legitur: *ἦν καὶ* sensum reddit meliorem. sed nimis audacter Tollius Spengel Jahn particula *καὶ* deleta effecisse qui non extabat hiatus videntur. nonne scribendum erit *ἀρετὴ τις ἦν καλοῦσιν ἀΐξις*? — pg. 61,¹¹ *ἐπειδὴ κοινὸν ἀμφοῖν ἢ ἐπίτασις, non κοινή*, certe vitandi hiatus causa scripsit. at dixerit quispiam usitatissimam esse apud omnes illius temporis scriptores eiusmodi dicendi formam neque posse contendere eam propter hiatus adhibitam esse. sed conferas quaeso pg. 52,¹⁶ locum qui optime meam mihi firmare opinionem videtur *ὡς μεγάλα τε φῶσιν εἶσιν αἱ τροπικαὶ καὶ ὡς ἐψηλοποτὸν αἱ μεταφοραὶ* quem eundem tanti esse momenti puto ut persuadere mihi non possim, scriptum fuisse pg. 35,⁶ quod nunc legimus *δεινά τε καὶ ἔκφυλοι αἱ παραβάσεις*, quamquam *ἔκφυλον αἱ παραβάσεις* eunctor proponere.

Interdum illud scriptoris studium etiam verborum conlocatione elucet, cuius rei exemplum legitur in P. pg. 15,⁴ (quod miror neque Ottonem Iahn nec Leonardum Spengel adnotasse) *διὰ τὰ οὕτως μικροχαρῇ ποτε ἐαντιῶν ἐπιλανθάνονται*. contra

omnes quantum vidi editores in textum *μικροχαρῆ ἐαντῶν ποτε* receperunt, quae verborum sane usitatior structura est, sed consilio scriptor in aperto est vocem *ποτέ* postposuisse vocabulo *μικροχαρῆ* ne hiatus *μικροχαρῆ ἐαντῶν* erumperet. codicis igitur lectio utique restituenda est.

Eandem ob causam aliis quoque locis non vulgari modo verba videntur conlocata esse ut pg. 36,¹³ *τοῦ πιστώσασθαι τὸ προζείμενον ἔνεκα* pg. 38,²⁵ *ἐπὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ κειμένον ἐπιπέδον παραλλήλων* pg. 51,¹ *πηγὴν τοῦ περιφερομένου σφοδρῶς αἵματος*. aliis particula δέ interiecta hiatus vitatur ut pg. 52,⁵ *τὴν μὲν τῶν ἐπιθυμιῶν . . . , τὴν τοῦ θυμοῦ δὲ ὥσπερ* et pg. 61,⁴ *παραλαμβάνεσθαι δοκεῖ, ἢ ὑπερβολὴ δ' εὐλόγως γενᾶσθαι*. (at v. 10 eiusdem pg.: *αἱ δ' ὑπερβολαὶ καθάπερ*); saepe ubi alios noster loquentes inducit interpositis *φησὶν, φασίν, φημί, λέγων* similibus. ut pg. 60,¹⁹ *οἷτε γὰρ Σουρακούσιοι, φησὶν, ἐπιτακταβάντες* pg. 67,¹⁹ *θαῦμα μ' ἔχει, λέγων, ὡς ἀμέλει* pg. 60,²⁴ *ἐν τούτῳ, φησὶν, ἀλεξομένους μαχαίρησιν* pg. 51,² *σφονδύλους τε ὑπεστηρίχθαι φησὶν οἷον* pg. 50,⁹ *τὸ γενναῖον ὕψος εἶναι φημι ἰδιά τινα*.

His spero satis intellectum iri re vera scriptorem studuisse hiatus evitare, alia in eis quae sequuntur exempla conspiciuntur. progredior igitur ad alteram disputationis partem eamque praecipuam, qua explicare mihi proposui, utrum omnes scriptor hiatus effugerit an ubi et quales videatur admisisse. de eis autem solum quaestio erit hiatibus, ubi diphthongos vel longas vocales vocalis altera sequitur; nam alii omnes aliquo modo aut elisione aut synizesi (crasi) aut pronuntiando tolli possunt, attamen horum etiam de permultis mihi persuasissimum est alia a scriptore esse profecta quam quae nunc in codice P. leguntur; quoniam illius librarium has res minime respexisse suoque arbitrio multa mutasse multis locis cognoscitur, quorum unum adferam pg. 27,¹⁰: P. praebet *παντὶ * οἶμαι* (post *παντι* rasura est); *παντὶ μὲν οἶμαι* quod Vaucher Spengel receperunt a Porto videtur scriptum esse, nam quod Weiske in notis posuit 'recte servamus *μὲν*, quoniam mss. id suppeditant', nullam habet veritatis speciem. *μὲν* autem ex nulla alia causa a Porto potest vocabulo *παντι* adiunctum esse quam ut maiore accentus vi illud efferretur; quod idem efficitur si in illa P. codicis rasura γ' particulam fuisse insertam putamus.

Praeter articulos coniunctionemque καί, de quibus supra dixi, nonnullae praesertim particulae sunt, quibus qui effiebantur vitabat quidem scriptor hiatus, at non paucis tamen locis admisit. inter quas priorem locum propter frequentissimum usum iure ἦ occupat, quam nequaquam scriptorem dubitasse post et ante longas vocales aut diphthongos ponere ex magno exemplorum numero conspicitur. eiusmodi sunt pg. 18,¹⁷ ἐγχομαστικοὶ ἦ ἔμπαλιν 41,¹⁷ φοβοῦμενοι ἦ ἀγανακτοῦντες 70,¹² ἀρχεσθαι ἦ ἐλευθέρους εἶναι 53,²⁶ ἦ αἱ μείζους 55,⁵ ἦ, οὐδέεις 57,¹² περιπτεβει ἦ. — Sequitur μή particula quae haud raro post εἰ, ἴνα, ἐάν al. invenitur ut pg. 26,¹³ ἴνα μὴ ἐντι 28,²⁰ εἰ μὴ ἐν οἴκοις 37,¹⁵ οὐδέν ἐστὶ εἰ μὴ ὄρκος 46,²⁴ ἂν μὴ ἐχθῆ cf. 39,¹⁶ 40,¹⁵ 43,²⁴ 54,¹⁶; dignum autem est quod notetur, praeter unum illud εἰ μὴ ὄρκος, ubi scriptor petivisse hiatus videtur, nullam me nisi ε vocalem, quae facillime deleri pronuntiando poterat, inter omnes locos post μή positam repperisse. pg. 18,¹⁸ suspicor μὴ ἐνόμισε Κακίλιος scribendum esse; in codicibus enim (c. et d.) articulus ὁ deest; d. praebet ἐνόμισεν Κακίλιος, illud ν autem quod dicunt ἐφελκυστικόν saepissime ante consonantes etiam in P. codice invenitur. non eandem legem secutus O. Jahn tum illud ν retinuit tum omisit. locus hic esto pauca (quod item de apostropha in particulis praepositionibusque quibusdam adhibenda dici potest: vide pg. 33,¹¹ in P. ὁ δὲ ἐφρατιάσθη (Jahn: δ') sed cf. 11,⁴ 15,³ et 5. 54,²¹ et 25. — pg. 28,¹⁶ καὶ ἐπίβασιν (P. κατὰ), sed. 41,¹⁷, ἐπὶ ἄλλον — 31,⁵, ἀπὸ ἰερῶν. 60,¹⁷. 55,¹⁴) quae de articulis mihi nominibus propriis in hoc libello praepositis in animo sunt addendi. — Non libidine mihi certum est sed ratione scriptorem tum ὁ Πλάτων ὁ Δημοσθένης ὁ Ξενοφῶν ὁ Ὅμηρος tum eadem nomina omisso scripsisse articulo. ac profecto si illo adposito hiatus effecisset eum maluit omittere. Conferas si placet pg. 31,²⁴ et 25 quo loco persuasum mihi est, nullum a scriptore praepositum esse Homeri Platonis Demosthenis Thucydidis nominibus articulum, ne hiatus existerent alter ille qui excusari poterat ἦ ὁ Δημοσθένης alter quem ferre nemo posset ἐν ἱστορίᾳ ὁ Θουκυδίδης. eadem causa motus eiusdem paginae versu 7 et 8 post ἐγένετο scripsit Στησίχορος, at ὁ τε Ἀρχίλοχος ne sibi opus esset καὶ Ἀρχίλοχος, neque aliter de nominibus pg. 54 et 55. esse iudicandum opinor. quare equidem non dubito, quin tribus eis locis, ubi in P.

codice post longas vocales articulus δ reperitur, delere eum iure possimus. quorum primus pg. 28,⁷ legitur ἐπὶ τῇ προσ-
αγγελίᾳ [ὁ] Δημοσθένειος, alter pg. 30,¹¹ οὐ μέντοι [ὁ] Πλά-
των. infra paucis demonstrandum erit videri scriptorem etiam
post μέντοι hiatum vitasse. quod si exemplis quae adferam
conspicuum erit, hunc locum articuli causa non puto offendere.
sequitur tertius pg. 41,²³ ὡσπερ λέγει ὁ Φωκαεὺς Διονύσιος
παρὰ τῷ Ἡροδότῳ. opponas licet apud ipsum Herodotum
(VI,¹¹) ante ea quae noster attulit verba legi: ἐν δὲ δὴ καὶ ὁ
Φωκαεὺς στρατηγὸς Διονύσιος λέγων τάδε: itaque voluisse for-
tasse scriptorem verba Herodoti imitari; sed additum ibi est
στρατηγός unde insolita apud Graecos verborum con-
locatio excusatur; hic omnis eius defendendae causa deest.
aut igitur ὁ Φωκαεὺς est postponendum nomini Διονύσιος aut,
quod verius puto, delendum. non me movet pg. 55,¹ καὶ ἐν
τραγωδίᾳ Ἴων ὁ Χίος, quem hiatum voluisse scriptorem, ut
graviorem nomini Ἴων accentum adderet vero quidem simile
est, at nullo modo opinor scripsisset ἐν τραγωδίᾳ ὁ Ἴων. (an
forte ἐν τραγωδίαις Ἴων scriptum fuit?) alio loco quem hic
apte adiungam pg. 63,¹¹. codicis P. lectionem Reiske Jahn
male correxerunt. legitur enim in codice ἀρωτηριάζει τῇ
συγκοπῇ τὸ μέγεθος: verissimam igitur Tollii arbitror emen-
dationem esse ἀρωτηριάζεται τῇ συγκοπῇ (minus placet quod
idem proposuit ἀρωτηριάσεις.)

Etiam post δὴ particulam admisisse noster hiatum vide-
tur sed id quidem eis tantum locis quibus δὴ syllaba enunti-
anda eum certo vocis sono erat ut pg. 10,⁵ εὐ γὰρ δὴ ὁ ἀπο-
φηνάμενος 20,¹¹, ἐνθα δὴ ὁ Αἴας 48,⁸. ἴθι δὴ, ἂν 69,⁸. οὐ δὴ
ἔχω 70,⁷ ἄρα δὴ ἐν τῇ τοσαύτῃ.

Nihilo minus miror rarissimos tantum post ἐπειδὴ hia-
tus inveniri, quos ratione omnino non opus est defendere;
pg. 22,⁶ ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν ἀπράκτῳ σκότει pg. 14,⁸ et 55,² eodem
modo: ἐπειδὴ οἱ μὲν . . . ὁ δὲ.

Aliter autem rem se habere existumo in usu particulae
μέντοι, quod video etiam de Plutarcho contra Benseleri opi-
nionem Schellensium in dissertatione Bonnensi (de hiatu in
Plut. Moral. 1864) explicasse. καίτοι de quo idem statuen-
dum erit, nusquam in hoc libello sine adposito γε legi: 15,³
καίτοιγε ἐκ τῆς Σωκράτους 16,¹, καίτοιγε ἔχει 61,⁷, nam uno
loco pg. 48,²⁴, ubi pro καίτοι εἰσίνετον quod Vaucher vidit

non intellecto librarius in P. codice καὶ τὸν ἐπίηρον scripsit, duo haec verba cum Vauchero sine dubio e textu delenda sunt. eodem modo etiam post μέντοι effugisse scriptorem hiatus id mihi optimum videtur documentum, quod in tanto particulae μέντοι usu non nisi tres loci in P. codice extant, quibus illam particulam vocales sequuntur. alias talem vocalium concursum vario modo vitavit: pg. 48,¹⁷ ὁ μέντοι γε ὄγκος pg. 68,²¹ ἐγὼ μέντοι γε ὑπολαμβάνων, quo loco nonne a quovis alio ἐγὼγε μέντοι scriptum esset? 47,¹² ἐπίηρον μέντοι πράγμα ἢ περιφρασίς unus hic locus est, ubi in simili structura adiectivo neutrius generis additum est adpellativum πράγμα, cuius rei nullam video aliam causam, quam quod hiatus μέντοι ἢ vitare scriptor studuerit.

Iam tres illos de quibus dixi locos consideremus; quarto enim qui huc videtur referendus esse pg. 46,²⁰: P. codex hiatus non praebet: οἶος Ὀδυσσεὺς ἔσκε. καὶ μέντοι περιφρασίς. articulum quo carere non possumus, inseruit post μέντοι Weiske quem Jahn secutus est. veram puto a Leonardo Spengel repertam esse loci emendationem, qui lectionem ἢ μέντοι περιφρασίς proposuit: illud καὶ suspicor ex male lecto vel intellecto *ECKENH* esse profectum. e tribus qui restant locis in uno vidimus pg. 30,¹¹ hiatus facillime tolli deleto ante Platonis nomen articulo. in altero pg. 48,⁷ ἐπειδὴ μέντοι ἢ τοῦ λόγου νόησις ἢ τε φράσις . . . διέπνυται fortasse post μέντοι particula καὶ intereidit; tertio pg. 34,¹⁸ medelam adferre mihi videor interponenda γε particula: ἐνόησε μέντοι γ' ἀκατεργάστους.

Perraro ante vocales εἰ invenitur quatuor ni fallor locis atque talibus quibus quod particulam εἰ sequitur vocabulum acuto ut ita dicam accentu enuntiari debuit ut pg. 10,²² εἰ ἔστιν ὕψους τις τέχνη 11,⁴ εἰ ἐπισκέψαιτό τις 39,²⁴ εἰ οὕτως quarto non accentu sed pausa hiatus excusatur pg. 38,¹¹ εἰ ὡς παῖς ἄφρων. — Pronominis quod vocant relativi non nisi singulari haec exempla repperi pg. 19,¹⁵ ᾧ ἀνόμοιόνγε et pg. 62,¹⁸ ὃ ἐν αὐτῇ περιλαμβάνεται (nonne ita legendum erit, quoniam ἐν αὐτῇ περιλαμβάνει καὶ ἡ μᾶς P. praebet?) quae mutandi causam non video.

Iam videamus quanam ratione libri π. ὕψ. scriptor eos hiatus respexerit qui intercedente pausa fiunt. atque primum quidem vocalium concursum interpunctione maxima satis excusari non est quod uberius demonstrarem. quamquam diligen-

tius insipienti quantopere etiam hac in re studiose ne molestius usquam hiaret oratio scriptor laborarit, quot locis consilio aut admiserit aut fugerit vocalium concursum in occulto non erit. quare false Morum iudico pg. 31,7 post *συνενθουσιῶσι μεγέθει*. ἢ (μόνος Ἡρόδοτος) quod a scriptore certa profecto ratione omissum erat, in textum recepisse. opus porro non est pluribus demonstrare ante γάρ particulam post sententiam interrogativam, ante adversativam satis iustam parari hiatus excusationem. cf. pg. 16,3 οἱ βάρβαροι καὶ ἐν μέθῃ, ἀλλ' οὐδ' ἐκ τοιούτων 45,22 μὴ διδῶ, ἀλλ' εὐθὺς ἐπαναγκάζῃ 58,2 64,12. hi ni fallor omnes loci sunt quibus diphthongi vel longae vocales ante ἀλλά leguntur, ceteris non nisi breves reperi neque eas eo quem expectes numero admissas. — pg. 11,18 τάξιν ἐπέχει, ἢ τέχνη δὲ 29,25 et 27 41,27 55,3 al. addendus his opinor locus est pg. 67,9, cui similem in nostro libro me legere non memini: ἦτις ἐν ἡμῖν τὰ πέρη τὰ ἀπόρρητα οὐκ ἔθρηκεν ἐν προσώπῳ οὐδὲ τὰ τοῦ παντός ὄγκου περιηθήματα, sed propter id ipsum quod hiatus nullo opere poterat vitari, consilio scriptor videtur singulari hae ratione verba posuisse, ut totam accentus vim vocis προσώπῳ adderet. — ὁμως quoque particula numeranda est inter adversativas, quare ante eam vocalis neminem offendet. sed paucissima miror talis hiatus extare exempla, quorum si ea sciunxeris, ubi vocabulum ante ὁμως positum brevi vocali terminatur ut 9,3 42,13 56,14 vix duo restant pg. 50,6 ταῦτα μὲν ἀποδέχομαι, ὁμως δὲ et 58,18 ὅτι τοῦ ἀναμαρτήτου πολὺ ἀφροσύνης οἱ τηλιχοῦτοι ὁμως πάντες εἰσὶν ἐπάνω τοῦ θνητοῦ. — Ut ante adversativas sententias ita ante relativa et pronomina et adverbia admisisse scriptorem interdum hiatus exemplorum multitudine docemur, ut 23,14 παρεικάσαι τις ἂν καταδομένην τὸν Ὀμηρον ἡλίῳ, οὗ δίχα τῆς σφοδρότητος 31,6 φέρονται, ἐφ' ᾧ 35,1 ὑπὲρ τοῦ τάφου, ἦν οὐκ οἶδ' εἶ τις 11,16 τὸ εὖ βουλευέσθαι, ὅπερ 49,1 61,7 ἔργα καὶ πάθη. ὄθεν καὶ τὰ κομικὰ 69,23 ἀζήλα γίνεσθαι, ἡμίκα. — Denique coniunctiones paucae restant causativae concessivae explicativae, ante quas hiatus quamvis rarissimi suspicionem nemini movebunt: 10,23 τέχνη, ἐπειτινες 70,12 10,22 ἐν ἀρχῇ, εἰ ἔστιν 31,11 10,3 προὔποτιθέσθαι, ὡς 60,6 38,16 διαλευθάνῃ, ὅτι 42,9 60,16.

Deinde non eis solum locis hiatus esse admissus videtur, quibus protasin excipit apodosis, ut 30,12 ὅτι . . . μεγεθύνεται,

ἀνεγνωκὸς ... οὐκ ἀγνοεῖς 48,3 ἐπειδὴ ... διέπνυται, ἴθι δὴ ... προσεπιθεασόμεθα atque ubi, quod saepius fit, sententiam ab αἴσπερ vel ὡς incipientem apodoseos prima vox οὕτω sequitur ut 46,22 ὡς γὰρ ... ἀποτελεῖται, οὕτως ... συμφέγγεται 64,21, sed illic etiam, ubi continuam ipse scriptor orationem interrumpit ad breviorē quandam sententiam inserendam ut 56,15 ἤρμεῖν ἐάντια-οὐδεῖς γούν ... φοβεῖται-ὁ δ' ἔνθεν 40,15 39,24. postremum id superest ut moneam, ubi aliorum sive scriptorum sive oratorum verba inseruerit, non fugisse scriptorem vocalium concursum; ceterum extant quorum paucos memoravi loci, quibus hiatum variis causis commotus ipse quaesivisse scriptor videtur; inter eos iure puto pg. 65,13 posse numerari: ἄσμενον γὰρ τὸ κοπάσαι ἰδιωτικόν quae verba inconsulte ita posita esse nemo dixerit. — cum omnes ex aliorum scriptis locos adferre noster ex memoria videatur, quod non accurate semper hiatus ab illis effectos transcripserit mirum non est: aliquos mutavit, sunt quos ipse effecit, saepius nonnullos eum sustulisse intellexi, ut pg. 39,10 ποῖ δὴ προσορμιόμεθα (locus est ex Demosth. Phil. I, 44): Dem. codd. praebent ποῖ οὖν.

His absolvisse me disputationis opinor gravissimam partem, qua explicare leges studui, quas libri π. ὕψ. scriptor in admittendo hiatus videatur secutus esse. quibus id velim persuasum cuique sit, non humili profecto subtilitate ut crimen ingens expavisse eum vocalium concursiones, sed eundem ultra quos sibi posuerat fines licet dicas latissimos nusquam esse progressum, immo intra eos iudicio suo, dum non gravitas vel quaelibet alia dicendi ratio dissuaserint, quam maxime ubivis hiatus evitasse.

Ante autem quam finem scribendo faciam restat ut multis locis coniciendo illustrem a viris doctis hiatus in textum esse inlatos, qui in codice non leguntur. quorum de nonnullis supra iam hic illic dictum est ut 46,20 καὶ μέντοι ἢ περιφρασίς (recte Spengel ἢ μέντοι π.) 15,4 τὰ οὕτως μικροκαρῆ ἐαντῶν ποτε (P. ποτέ ἐαντῶν) 29,9 δι' ὃ ἐκείνο (P. κείνο) 31,7 μεγέθει. ἢ μόνος Ἡρόδοτος (P. μεγέθει. μόνος) 21,11 ἀμείνω ὄσα (codices c et d τὰ ὄσα) 28,13 ἀρετῇ ἦν (P. καὶ ἦν) 63,11 ἀρωτηριάξει ἢ συγκοπῇ τὸ μέγεθος (P. τῇ συγκοπῇ — recte Tollius ἀρωτηριάζεται τῇ συγκοπῇ) — 48,24 καὶ τὸ τοῦ Θεοπόμ-

πον [καὶ τὸν] ἐπαίνετον (P. καὶ τὸν ἐπήγετον. — recte Vaucher: [καίτοι ἐπαίνετον].)

Reliqui ni fallor in libello hi sunt qui sequentur loci: pg. 18,²¹ et 22. Weiske ad lectionem Vatic. II codicis, in quo totus versus πάθος ... πνεύματος omissus est, haec adnotavit: 'ceteri codd. tantum ἐστὶ omittunt, et pro ἐνθουσιαστικοῦ tuentur ἐνθουσιαστικῶς,' Morus: 'sola ed. pr. habet ἐστὶ.' idem deest in parisinis c. et d. itaque ἐστὶ utique delendum est quippe quod nullo modo necessarium sit, sed etiam omnium codicum lectionem ἐνθουσιαστικῶς ἐκκλέον restituendum esse ex intolerabili quem nunc legimus hiatu conspicitur. at quid tum de ὅσπερ ὑπὸ μανίας τινὸς καὶ πνεύματος statuendum erit? non assentior Vauchero qui omnia haec delere vult, sed delendum existimo καὶ πνεύματος esse, quod post μανία τις a scriptore libelli poni non potuit omninoque supervacaneum est. quare scribendum: μεγαλήγορον, ὅσπερ, ὑπὸ μανίας τινὸς ἐνθουσιαστικῶς ἐκκλέον καὶ οἰοεὶ φοιβάζον τοὺς λόγους.

23,¹¹ γραφομένης ἐν ἀκμῇ [πνεύματος] ὄλον τὸ σωματίον. non iure puto ab Ottone Iahn πνεύματος esse uncinis inclusum, quamquam excusari hiatus et pausa forsitan potest.

30,¹³ οὐ μόντοι [δ] Πλάτων ... οὐδὲν ἤττον μεγαθύνηται, ἀνεγνωκῶς τὰ ἐν τῇ πολιτείᾳ τὸν τύπον οὐκ ἀγροεῖς. si τὸν τύπον cum Fabro delemus hiatus existit πολιτεία οὐκ quem a scriptore profectum esse non concedam. ita igitur rem mihi fingam: 'quod Plato ... nihilo minus sublimis est, eius rei si hunc locum in eius libris de republica scriptis legisti, notissimum omnibus habes exemplum (quod apud omnes quasi species Platonicae sublimitatis valet.)'

47,⁴ P. praebet: τὴν νόησιν, ἣ ψιλὴν λαβὼν τὴν λέξιν ἐμελοποίησε. ἣ autem quod neque Spengel neque O. Jahn adnotarunt quamquam priores omnes retinuerunt editores stare hoc loco non potest. neque de quo cogitavi ἣς ψιλὴν λαβὼν τὴν λέξιν ἐμελοποίησε sensum efficit sufficientem. illud autem quod a Moro propositum in textum L. Spengel recepit ἦν .. τῇ λέξει ἐμελοποίησε propter solum hiatus vides veram non esse emendationem itaque cum Ottone Iahn et Vauchero a librario suspicor esse τὴν λέξιν inlatum eoque modo lectionem corruptam.

62,²⁰ quae nunc legimus ἀλλ' εἴη ἂν μανία τὸ περὶ τῶν

οὕτως ὁμολογουμένων διαπορεῖν coniecit Spengel, sed mutatio propter hiatum falsa est. in codice legitur ἀλλ'εἰ καὶ μανία quod absurdum est, Manutius correxit εἴκει μανία, Toup coniecit ἀλλ'εἰ καὶ μανία, equidem facillimam puto emendationem esse ἀλλ'εἰ καὶ μανία quod miror neminem vidisse, quoniam pg. 70,¹⁸ simillimus locus extat κράτιστον εἰ καὶ ταῦτ' εἶν, ἐπὶ δὲ τὰ συνεχῆ χωρεῖν (ubi Toup Schurzfleisch item codicis lectionem sollicitabant, cuius rei ne minima quidem causa est).

Postremum de paucis illis, qui coerceri intra eos quos si recte iudicavi scriptor sibi constituit fines nullo modo possunt, pauca dicenda sunt. atque hi fere omnes, quo meam optime probari gaudeo sententiam, non solum propter hiatum sed etiam propter sensus aut structuræ obscuritatem iustam excitant suspicionem. — pg. 35,²⁵ ἅμα γὰρ τῷ πραγματικῷ ἐπιχειρεῖν ὁ ῥήτωρ πεφάντασται. ita in P. codice aperto librarii errore legitur; a Porto iam (non a Moro, ut O. Jahn adnotat) correctum πραγματικῶς.

22,²⁶ ὅτι μεγάλης φύσεως ἐποφερομένης ἤδη ἴδιόν ἐστιν ἐν γήρα τὸ φιλόμυθον. in Graeco sermone ni fallor ἤδη, quod molestum hiatum efficit, facillimeque ante ἴδιον in textum inreperere potuit, tali modo nunquam adhibetur, quare quin utique sit delendum non dubito.

pg. 27,²⁰ P. praebet: εἰπὼν· ξύλον αἰδ' ἀπείργει· οὐκοῦν ἀπείργει. ὁ δὲ ποιητὴς sq. editores omnes Manutii secuti auctoritatem priorem vocem ἀπείργει in ἐρύκει mutaverunt, quod in Arati quem scriptor adfert versu legitur. οὐκοῦν ἀπείργει a nonnullis scriptori, ab aliis librarii cuiusdam ingenio tribuitur, id quod mihi certissimum videtur: ipsum enim scriptorem notionem ἐρύκει voluisse vocabulo ἀπείργει aperire concedere nolim. at non bene a Manutio puto vocem ἀπείργει priorem esse mutatam. nam scriptoris non multum intererat, ad literam Arati verba repeti; equidem non miror rhetorem qui epicum illud ἐρύκει usitatore ἀπείργει reddiderit. οὐκοῦν ἀπείργει (an ἤγουν a librario P. codicis in οὐκοῦν emendatum est?) margini videtur adscriptum fuisse ad ipsam illam quae inter Arati et nostri scriptoris verba erat discrepantiam notandam. verbis οὐκοῦν ἀπείργει deletis ingratus inter ἀπείργει et οὐκοῦν hiatus tollitur.

30,5. καιρὸς δὲ τοῦ Δημοσθενικοῦ μὲν ὕψους καὶ ὑπερτε-

ταμένον ἔν τε ταῖς δεινώσεσι καὶ σφοδροῖς πάθεσι sq. — primo iam me hunc locum legentem, cum de hiatu nil suspicarer, valde offendit illud καὶ ὑπερτεταμένον et haerent quidem in hoc verbo addito viri doctissimi. — Pearce adnotat: 'vox ὑπερτεταμένον substantive hic accipitur et significat idem quod ὕψος.' contra Toup: 'nihil minus. τὸ Δημοσθενικὸν καὶ ὑπερτεταμένον ὕψος est, sublime illud quo nihil sublimius et in quo solus regnat Demosthenes.' τὸ ὑπερβάλλον ὕψος vocat infra [pg. 37,4] Longinus. quod perinde est.' — denique Weiske: 'imo simpliciter 'altum sublimitatis gradum' significat. sect. 10 § 1 extr. [pg. 24,23] synonymum adicitur ἄκρον.' — vides quanto discrepent inter sese interpretes. quod Toup sensit, mihi ineptum videtur: permire iunctum τὸ ὕψος et τὸ ὑπερτεταμένον (nam aliter res se habet loco quem Weiske adfert 24,23, ubi pluralis legitur τὰ ἄκρα καὶ ὑπερτεταμένα) nusquam τὸ ὑπερτεταμένον legi. accedit aliud. conferas quaeso pg. 29,24 et 25. ὁ μὲν γὰρ (sc. Demosthenes) ἐν ὕψει . . . ὁ δὲ Κικέρων ἐν χύσει cum hoc nostro: καιρὸς δὲ τοῦ Δημοσθενικοῦ μὲν ὕψους καὶ ὑπερτεταμένον . . . τῆς δὲ (sc. Ciceronis) χύσεως. nonne in oculis occurrit nil sibi velle καὶ ὑπερτεταμένον? accedit denique odiosissimus hiatus καὶ ὑπερτεταμένον ἔντε, quare removendum esse omnino καὶ ὑπερτεταμένον censeo.

38,22. ὡσπερ γὰρ καὶ τὰ μνδρὰ φέγγη ἐναφανίζεται τῷ ἡλίῳ περιανγούμενα. (in Vatic. 2: φέγγησεναναφανίζεται) rectissime mea sententia Buecheler proposuit φέγγη συναφανίζεται idemque 56,5. διεξοδεῦσαι ἔτι εὐκαμπῆς ἄκρος, ubi ἔτι corruptum esse vidi, levissima mutatione correxit διεξοδεῦσαι τι.

67,7 nonne πρόποι γ' ἂν scribendum erit?

64,4 ἀλλὰ γέγονεν ὑψηλὸν τῇ πλάσει ἀναλογοῦν et 67,4 ἢ εἴπερ πάντως ἐβόλευτο αὐτάρκη οὕτως θεῖναι καὶ ὅσα sq. loci sunt aperte corrupti quorum non probam adhuc repperi emendationem, quamquam 67,4 de universa re Reiskium puto recte coniecisse αὐτὰ ἐξῆς οὕτως θεῖναι.

Num pg. 16,21 καθάπερ κὰν τῷ κοινῷ βίῳ οὐδὲν ὑπάρχει μέγα re vera mutandum sit, decernere non ausim.

Claudat agmen pg. 43,15. πάντα γὰρ ταῦτα ἐν ὀνομά ἐστιν Οἰδίπους, ἐπὶ δὲ θατέρον Ἰοκάστη, ἀλλ' ὁμως χυθεῖς εἰς τὰ πληθυντικὰ ὁ ἀριθμὸς συνεπλήθυνσε καὶ τὰς ἀνυχίας. Ineptissime hoc mihi dictum videtur: omnem figurae vim concidere existumo adiuncto illo ἐπὶ δὲ θατέρον Ἰοκάστη. 'omnia haec

uno illo nomine continentur Oedipodis (nos: Alles concentrirt sich in dem Einen Namen Oedipus) ab altera parte autem Iocastae; attamen uno hoc nomine quasi multiplicato multiplicatas etiam miseras putes.' — id opinor voluisse scriptorem. rhetorice sane itaque inadcurate dictum *ἐν ὀνομά ἐστιν Οἰδίπους*, at profecto adposito *ἐπὶ δὲ Θατέρου Ἰοκάστη* adcuratior non redditur oratio, quoniam voce *γάμοι* si adcurate rem perspicimus, Oedipus et Iocasta et Laius comprehenduntur. — nihil addam. ipsa iuncturae ratio, qua duriozem ego non vidi *ἐπὶ δὲ Θατέρου* docet a scriptore libri nullo modo potuisse haec verba proficisci. duo illi hiatus ex eis quae exposui excusari quidem possunt, at in ipsis eiusmodi figuris quam rarissime videtur hiatus scriptor admisisse. multo meliorem mihi videor reddidisse locum, si legendum esse proponam: *πάντα γὰρ ταῦτα ἐν ὀνομά ἐστιν Οἰδίπους, ἀλλ' ὁμῶς χυθεῖς εἰς τὰ πληθυντικά ὁ ἀριθμός συνεπλήθυσεν καὶ τὰς ἀτινχίας.*

II. de hiatu in Onesandri strategico.

Quantumvis, si libelli *περὶ ὕψους* scriptorem Onesandrumque, quos supra dixi fere aequales videri, inter se comparemus, palmam priori tribuere omnino non dubitemus, immo vix posse cum illo hunc conferri credamus, quoniam Onesandrum quidem hominem esse cognoscimus exilis ingenii, doctrina artibusque liberalibus non ita multum instructum, qui etiamsi ne unam quidem illam quam docet artem teneat de omnibus tamen egregie posse sese iudicare opinatur, ille vero omni eius temporis scientia excultus non suae solum artis esse peritissimus adparet, sed totius etiam temporis omnium rerum tantam praestat in extremis praecipue libelli capitibus intellegentiam ac cognitionem, quanta in uno Taciti de oratoribus dialogo reperitur: tamen intellegere delectat et prodest simili modo hiatum ab utroque vitari, quod a certa quadam rhetorum disciplina videtur flagitatum fuisse, unde alter ab altero quantum differat bene conspicitur; nam dum orationis gravitas apud libri *περὶ ὕψους* scriptorem nusquam imminui haec rhetorica lege videtur, saepius in Onesandrum ne eam violet nimis sollicitum cadit quod Quintilianus monuit IX,4,35: 'inhibeat enim necesse est hic metus impetum dicendi et a potioribus avertat.' — Atque reapse spero adparebit multo maiorem in evitando hiatu operam Onesandrum condidisse

quam libelli π. ὕψ. scriptorem. cuius rei aliquid etiam Arminius Koechly editor Strategiei novissimus, cui propter commentarium criticum quem textui praemisit diligentissimum magna certe gratia habenda est, videtur esse suspicatus. dixit enim in editionis (ex biblioth. Teubner. Lipsiae MDCCCLX) praefatione pag. VII: 'quod ad scribendi minutias attinet, ex unanimi fere innumerorum locorum consensu in AB conspicuo intellexi Onosandrum in oratione perpetua *apostrophi*, non *hiatu* usum esse paucis quibusdam exceptis, quorum rationem reddere facilius est quam redditam comprobare. hic quoque igitur codices sequendos duxi ita ut locos quosdam, ubi sibi ipsi repugnare viderentur, ad ceterorum multitudinis normam mutarem.'

In his quidem 'scribendi minutis' non satis sibi constat Koechly. non enim video cur plurimis locis quibus praestantissimi quoque codices AB (A: Parisinus n°. 2522 — B: Bernensis n°. 97) δέ non elisum tradunt δ' posuerit, nonnullis autem ut pag. 22,²⁶ [editionis Koechl. — in unaquaque pagina triginta duo versus numero] (δέ ἦ) et pg. 50,⁷ (δέ ἡτιῶτο) δέ servarit, cur idem multis eis locis quibus δέ commatis signo a sequenti verbo separatur, apostrophi non usus sit, quamquam etiam in codicibus nonnunquam adhibitam esse eam cognovit. cf. 37,²² ἐκκλητικωτάτη δ', ἦ et 26,²⁷ ἐπιλογίζεσθαι δέ, ὅτι (AB. δ' ὅτι). atque similis editoris inconstantia de τέ cf. 61,¹³ πολλοίτ' ἦδη et 14,²⁴ περί τε ἀγοράς 15,⁸ 17,¹⁷ — μήτε cf. 22,¹⁷ et 23,² — πότε, τότε, μήποτε cf. 61,²³ 6,²⁹ et 10,²⁹ 29,²⁴ 38,¹⁷. — εἶτα cf. 26,¹⁰ 58,¹⁴ et 58,²². 25. 36,¹⁸ — ὄστε 37,²⁶ et 38,¹⁸ — (cf. 1,⁴ et 57,¹² — 24,⁸ et 28,⁷ 55,¹⁴ — 61,⁵ et 62,²⁰) aliis multis probari facile exemplis potest.

Miror equidem quod, quamquam vidit vir doctissimus in ipsis his minutis operam esse a scriptore positam inspectisque AB codicibus multos qui in deterioribus extant hiatus deleri, ipse tamen Onesandri hiatus evitandi studium ita parum intellexit ut novos potius quosdam molestissimos inferret. his praemissis ad rem propositam transeamus. atque ut commentatione priore ita hac quoque non nisi de eis locis agam, ubi longas vocales vel diphthongos vocalis altera sequitur. hoc unum animadvertendum esse existumo exceptis περί (quod semel) et τί (quod sexies ante vocales legi) vocalis vocalis brevi subiectae in oratione perpetua ne viginti

quidem apud Onesandrum reperiri exempla, in quibus omnibus $\tilde{\alpha}$ vocalis quae elidi facillime poterat priorem obtinet sedem.

In veris autem quos dixi hiatibus effugiendis quantopere scriptor laborarit quoniam primo quisque obtutu intellet, meum erit ex tanto numero quae videntur maximi momenti esse exempla eligere. non solum enim multis locis Onesander inusitatius verba ut hiatum vitaret conlocavit neque in eligendis tantum verbis idem respexit, sed interdum rariores etiam, immo singulares verborum formas et constructiones adhibere ob eandem causam non dubitavit, etiamsi contortior eis minusque lucida oratio reddebatur.

Primum igitur ex eis quae propter verborum conlocationem conlegi exemplis pauca liceat proferre. pg. 7,6 *οὐδὲ καὶ τὴν τινὰς κρίνειν ἀξίους ἢ μὴ τοῦ στρατηγεῖν, ἀλλ'* — recte ita Koechly locum emendavit, qui cum librarii verborum conlocationem male intellexissent facillime potuit corrumpi (AB: *εἰ μὴ* — v. i. e. omnes praeter AB codices: *εἶναι*.)

pg. 12,10 *ἢ κατὰ νότον δεινὴ μάχη*, non scripsit *δεινὴ (ἔστιν) ἢ κατὰ νότον μάχη*. Koechlyi mutationem *μάχη δεινὴ* necessariam esse non concedam.

pg. 12,28. *τινὰς δὲ καὶ εἰς χεῖρας ἔλθειν ἤδη* et. pg. 61,13 *πολλοὶ τ' ἤδη πολεμίους εἰσχεχμένους ἐξήλασαν (ἤδη ante εἰσχεχμένους positum desideratur).*

pg. 28,31 *ὡς τοῦ καιροῦ πεπλασμένοις ἔνεκεν* (hoc similibusque locis ostenditur pg. 9,6. non potuisse a scriptore proficisci *αὐτοῦ οἱ τούτου ἔνεκα* de quo loco corruptissimo infra dicemus).

pg. 42,4 *ξίφη... παραμαρμαίροντα πρὸς ἀντιάγειαν ἡλίου δεινὴν ἀστραλὴν πολέμου προεπέμπει.*

pg. 46,10 *εἰ γάρ, ἐν ᾧ τοῦ σύμπαντος ἡ σωτηρία στρατεύματος ἔστιν.*

pg. 57,18 *οὕτως γὰρ εἰς ἀμηχανίαν οἱ πολιορκούμενοι πολλὴν ἐμπίπτουσιν.*

Ad verborum electionem quod attinet unum illud monebo, pro verbis simplicibus ad hiatum vitandum crebro scriptorem compositis esse usum ut *προαιρεῖσθαι* pro *αἰρεῖσθαι* aut varias posuisse pronominis formas ut *σφίσι* pro *αὐτοῖς*, *τούτους* pro *αὐτούς* (cf. pg. 19,30 *ἀλλ' ἐὰν μὲν... νομίζῃ, κεινῶ*

τούτους, ἂν δὲ sq. expectares hoc loco αὐτούς. cf. pg. 30,³ et 4). ex aliis multis eiusdem rei exemplis una vox πᾶς sufficet. per totum enim libellum post vocales nusquam ἅπας, quod alibi saepissime posuit, semper πᾶς vel σύμπας scriptor adhibuit. id autem si verum est, quae pg. 10,²³ apud Koechlyum legimus, recte sese habere non possunt: ὥσπερ ἀγαθὸν κυβερνήτην ἐκ λιμένος ἐξαριστάμενον τὸ σκάφος καὶ τὰ παρ' αὐτῷ ἅπαντα ποιήσαντα. neque ullus codex ita locum tradidit, habent enim AB αὐτὸν, nonnulli αὐτῷ, plurimi αὐτῶν, quorum quidem neque παρ' αὐτὸν neque παρ' αὐτῶν sensum praebet, attamen non debuit hiatus inferri. fortasse igitur πάντα vel σύμπαντα scribendum est. aliter autem videtur locum Leo imperator legisse, 'impudentissimus antiquorum tacticorum plagiarium', qui ubi Onesandrum ut hoc ipso loco fecit adcuratius describit ab illius orationis minutis rarissime recedere solet. is enim Tact. XX, 170 scripsit, πάντα τὰ ἀναγκαῖα περὶ αὐτὸ ποιήσας. recipi igitur περὶ αὐτὸ in Onesandri textum poterit; non tamen audeo aptissimum illud παρ' αὐτῷ delere, potius post παρ' αὐτῷ excidisse περὶ αὐτὸ crediderim.

Constructionum denique verborum, quibus Onesander eo de quo disputamus studio motus usus esse videtur, cum tam variae formae extent ut in certa genera revocari non possint, locos quosdam, ut quisque occurrit, deinceps afferam. in ipsa libelli praefatione, quae singulari diligentia adparet a scriptore esse perpolita (de duobus illis qui in textu quem nunc legimus insunt hiatibus pg. 2,¹⁵ et 3,⁶ infra dicendum erit), hiatus studio consilioque vitati graviora quaedam extant exempla pg. 1,¹² ἢ τὸ μὲν ἀμαθὲς τῆς ψυχῆς καὶ (τὸ) παρ' ἄλλῳ κατορθούμενον ἠγνόησεν, τὸ δ' ἐν ἐπιστήμῃ τῷ καλῶς ἔχοντι προσεμαρτύρησεν. haud facile esse hanc sententiam intellectu eo ipso cognoscitur quod variae viae aut mutandi aut interpretandi ab editoribus propositae. rectam demum Koechly meo quidem iudicio viam ingressus est, quippe qui subiectum esse viderit τὸ μὲν ἀμαθὲς et τὸ δ' ἐν ἐπιστήμῃ. at quamobrem talem Onesander periodi structuram composuit? nullam video causam nisi quod hiatus vitare studuit: ἢ οἱ μὲν ἀμαθῆς . . . ἠγνόησαν, οἱ δ' ἐν ἐπιστήμῃ . . . προσεμαρτύρησαν. Eodem modo rem sese habere existumo sequentis paginae v. 31: ὑπ' ἀνδρῶν τοιούτων, ὧν ἀπόγονον ὑπάρχει Ῥωμαίων ἅπαν τὸ γένει

καὶ ἀρετῇ μέχρι τοῦ νῦν πρωτεῖον. noluit scribere ὧν ἀπόγονοι ἐπάρχουσι Ῥωμαίων ἄπαντες οἱ sq. ne hiatus efficeret.

Atque tertius in praefatione eiusmodi locus pg. 3,¹⁶ legitur: οὕτως οὐδ' ἐμαυτὸν ὀλομαι τοῦλαττον ἐπαίνων ὀσεσθαι, ita enim scripsit ut molestissimos hiatus evitaret ὀλομαι ἐλάττω ἐπαινον (cf. eiusd. pag. v. 8 πλείονα θηρώμενος ἐπαινον.) — Eandem ob causam pg. 28,⁹ ὅταν μὴ ἐν ὀξεί καιρῷ κρίνηται τὰ τῆς μάχης reperitur, non autem κρίνηται ἢ μάχη et pg. 60,⁹ εἶωθε γάρ πως ὡς τὰ πολλὰ τὰ τοιαῦτα τῶν πόλεων, ὅσα φέσει πιστεύεται τὸ ἐρμυνόν, ἀφυλακτεῖσθαι. quod expectamus et Korais e conl. in textum recepit ὅσα φέσει πιστεύεται ἐρμυνά, ἀφυλακτεῖσθαι hiatus efficeret quem libelli scriptor noluit admittere.

pg. 7,¹⁷: τοὺς μὲν στρατιώτας ... τιμῶν, οὐ τοὺς ... λαμπρῶν, ἀλλὰ τοὺς ... ἐργασαμένους, τοὺς δὲ στρατηγούς διὰ τοὺς προγόνους αἰρεῖσθαι, κἄν ὧσιν ἄχρηστοι, μὴ διὰ τὴν sq. equidem non intellego cur in structurae iteratione μὴ, non οἷ scriptum sit, nisi ut hiatus ἄχρηστοι οὐ tolleretur.

pg. 24,⁹ ἅμα γὰρ οἱ ἠγεμόνες ἀκούουσι καὶ οἱ ἐποικειωμένοι τοῖτοις ἴσασιν. ita in AB et M (cod. Mediceo) legitur, in ceteris verborum conlocatio mutata sic est: καὶ τοῖτοις οἱ ἐποικειωμένοι ἴσασιν. quin vera lectio ab ABM codicibus tradatur, dubium esse non potest; ex ipso enim illo τοῖτοις adiuncto, quod aliis locis semper deest, ut eiusd. pg. v. 31 et pg. 28,²³ scriptoris vitandi hiatus studium elucet.

pg. 27,²⁵ εἰάν μὲν γὰρ ἐφ' ἑαυτῷ νομίξῃ τὸ ὅτε βούλεται ... ἐκιάττειν εἶναι et pg. 27,³⁰ ἐπὶ τοῖς πολεμίοις ἀπολελεῖσθαι τὸ ἐξάγειν ὁπότε προαιροῦνται (v. omittunt τὸ) — propter hiatus articulum τὸ Onesandrum inseruisse puto. multis praeterea locis in adhibendo aut omittendo articulo eadem scriptoris cura conspicitur, cuius rei exemplum vocem στρατηγός adferam, quippe quae saepissime in libello nostro occurrat. etenim semper fere adposito articulo ὁ στρατηγός legitur, sin autem vocalis longa vel diphthongus antecedit, articulus omisus est. Addere hoc loco volo pg. 44,³² τῶν δ' ... ἐπινοουμένων στρατηγῶν αἱ παρ' αὐτὸν sq. — per totum enim librum singularem numerum Onesander posuit, paucissimis locis exceptis ubi certa pluralis numeri adhibenda causa in aperto est. hic plur. numero adhibito hiatus vitavit. persuasissimum igitur mihi est falsam esse Korais a Koehlyo receptam

pg. 6,^s *χωρίς στρατηγῶν οὐδεμία* emendationem. AB praebent *στρατηγὸν* quod ineptum est, ceteri *στρατηγῶν*, quae mihi verissima videtur lectio, qua denuo ne insolitas quidem structuras ab Onesandro esse vitatas, dummodo hiatus effugere potuerit, optime demonstratur.

pag. 61,²⁷: *ὥστε ... αὐτὸν ἕκαστον δεδιότα, μὴ ... ληφθῆ, σπεύδειν ἀποτιθέμενον — οἱ γὰρ ὀξείς* sq. sic Koechly sine dubio locum recte restituit AB codicum qui *ἀποτιθέμενοι* praebent auctoritatem secutus, quamvis in ceteris *ἀποτιθέσθαι* reperiatur. *σπεύδειν* enim ceteris omnibus libelli nostri locis cum infin. iunctum legitur ut pg. 7,³¹ et 56,²⁴, ex quo efficitur participium hoc loco positum a scriptore esse ut vitaret ante *οἱ γὰρ* hiatus.

Satis iam erit exemplorum. nemo non videt e variis modis verba conlocandi eligendi construendi idem ubique vitandi hiatus studium elucere. id unum addam, libelli mediam partem minime videri corruptam, quippe quae triginta paginis (pag. 18 usque ad pg. 49) ne unum quidem quo offendi possis hiatus praebat, cum in initio caput IV, in libelli fine capitulum XLI et XLII aliquot partes gravissimos in eo quem nunc legimus textu hiatus retineant. atque si quidem opus sit capitulum titulos non ab Onesandro scriptos esse demonstrari, sedecim qui in eis extant molestissimi hiatus certissimum alienae originis videtur esse argumentum.

Ad alteram igitur disputationis partem progressi quosnam Onesander hiatus videatur admisisse brevi contemplemur. atque apud hunc quoque post *καί* articulosque omnes unumquodque verbum vocali incipiens adhiberi potest, quamquam mirum est ista *καί* particulae licentia rarissime usum esse scriptorem. multo autem crebrius quam apud libri *περὶ ἔψους* scriptorem ἦ particula post et ante vocales posita invenitur, cuius rei locupletissima exempla pg. 40,¹² extant. *ἀλλὰ διὰ σώματος γιγνέσθαι, ἢ νεύματι χειρὸς ἢ δ' ἄλλων συγχοῦσαι ἢ ἐγγλίσει δοξατίου ἢ παραφορᾶ ξίφους* — pg. 11,⁷ in AB et C (Morellano cod.) legitur ἢ οἷς νόμοι ἱεροί ἢ οἷς μάρτυες ἔφηγονται καθαρσίους; v. tradunt: *ὥς οἱ νόμοι οἱ ἱεροί*. quod Korais e coniectura scripsit *οἷς οἱ νόμοι ἱεροῖς* mihi quidem non placet, veram puto quam Koechly recepit ABC codicum lectionem esse. at hiatus *νόμοι ἱεροί*. diu ego quoque de mutando loco cogitavi, sed quoniam idem in omnibus codicibus legitur,

nonne licet suspicari duo illa verba quasi unam et certam eo tempore valuisse notionem? — pg. 3,^o in eis quae ex Koechlyi coniectura in textu legimus, hiatus quidem non offendit ἢ ἀπὸ τῆς ἀλλοτριᾶς ἐπινοίας sed, falsa ea propter sensum esse censeo, recte autem locum puto in AB codicibus constitutum: πλείονα θηρώμενος ἔπαινον ἀπὸ τῶν πιστευσάντων, ἢ τῆς ἀλλοτριᾶς ἐπινοίας. coniungi enim non potest πλείονα θηρώμενος ἔπαινον ἀπὸ τ. π. ἢ ἀπὸ τ. ἀ. ἐπ., sed ita sunt verba construenda, ὅτι μᾶλλον ἂν τις εἴλετο πάνθ' ἐαυτοῦ καὶ τῆς ἰδίας ἀγχινοίας εἶναι, ἢ τῆς ἀλλοτριᾶς ἐπινοίας. ἀπὸ autem ante τῶν πιστευσάντων traditum delendi causam video nullam. — In enumerationibus ante alias etiam praeter ἢ particulas ut εἴτε et οὔτε hiatus Onesander interdum admisit cf. pg. 54,¹⁴ προσβάλλοντα εἴτε φρονεῖν εἴτε χάρακι εἴτε πόλει et pg. 56,² δυναμένον, οὗθ' ὁπόσοι οὗθ' ὁποίοις μέρεσι et uno loco pg. 47,¹⁸ omissa etiam omni particula: λαφύρων δόσεις, πεντηκονταρχία, ἑκατονταρχία, λοχαγία sq.

Saepius quam in π. ὕψ. libello particula μὴ vocalibus anteposita est, viginti ni fallor locis, quorum tamen nonnullis aliter esse verba quam qualia nunc leguntur ab Onesandro conlocata opinor, quam opinionem optime firmat pg. 3,³² quo loco v. habent: ἵνα ταῖς φυσικαῖς μὴ ἀνθελκόμενος ἡδοναῖς, cum sine dubio recte ab ABC codicibus traditur ἵνα μὴ ταῖς φυσικαῖς ἀνθελκόμενος.

De δὴ particulae usu, quam a libri π. ὕψ. scriptore vidimus rarissime positam ante vocales esse eisque tantum locis quibus maiore vocis sono erat efferenda, haud scio quid in hoc libello statuam. uno enim totius strategici loco (pg. 8,⁸) verbum ἡμῖν reperimus particulam illam insecutum, sed ita ibi inter se differunt omnes ipsique qui fere ubique consentiunt AB codices (ὁ στρατηγὸς ὁ ἀγαθὸς B; στρατηγὸς ὁ ἀγαθὸς AM; στρατηγὸς ἀγαθὸς v. ὁ εὐγενὴς ὁ πλούσιος M. εὐγενὴς πλούσιος v. ut etiam de verborum δὴ ἡμῖν conlocatione dubitari pōssit. Apud Koechlyum locus ita legitur: ζηλοῦσθω μὲν δὴ ἡμῖν ὁ στρατηγὸς ὁ ἀγαθὸς εὐγενὴς καὶ πλούσιος quod probari certe nequit. adferre possem Leonem in Tact II, 25. omisisse ἡμῖν iuncturamque quam ἀσύνδετον vocant adhibuisse, sed vereor ne nimis audacter vocem ἡμῖν ob eam causam a me deleri putes. bene autem orationem procedere existumo, si locis verborum στρατηγὸς et ἡμῖν mutatis omissisque (ut

etiam *v.* praebent) articulis legendum esse proponam: *ζηλούσθω μὲν δὴ στρατηγὸς ἡμῖν ἀγαθὸς εὐγενὴς πλοῦσιος.*

Neque num post *ἐπειδὴ* hiatus scriptor admiseric, minorem habet dubitationem. duo enim sunt totius libelli loci qui huc videntur referendi, quorum priorem omnes codices ita tradunt: pg. 4,28 *οὔτε δὲ νέον οὔτε πρεσβύτερον, ἐπειδὴ ὁ μὲν ἄπιστος, ὁ δ' ἀσθενής, οὐδέτερος γὰρ ἀσφαλής, ὁ μὲν νέος, ἵνα μή τι διὰ τὴν ἀλόγιστον πταίση τόλμαν, ὁ δὲ πρεσβύτερος, ἵνα μή τι διὰ τὴν φροσικὴν ἀσθένειαν ἐλλείπη.* quid sibi velit ὁ μὲν ἄπιστος nemo adhuc explicavit; omnino enim differt ab illo quod sequitur *ἵνα μή τι διὰ τὴν ἀλόγιστον πταίση τόλμαν*, itaque ut sensum haberemus idoneum, opus esset aliud verbum requirere. quod in omnibus deinde codicibus legitur: *οὐδέτερος γὰρ*, ut nunc textum habemus, refineri non potest. at totus mihi locus *ἐπειδὴ ... ἀσθενής* valde suspectus est. sublatis autem e textu eis quae notavi verbis a librario, ut mihi persuasum est, margini adscriptis non mutatione solum omni supersedemus, sed dilucida etiam, quae incondita inconcinnaeque fuit, verborum extat comprehensio. atque confirmari meam puto de his verbis opinionem, quod in eis quoque quae antecedunt et sequuntur periodis explicativae ut ita dicam sententiae semper particula *γὰρ* adiungitur (cf. eiusd. pag. v. 15. *ροερόν δέ· ὄξιν γὰρ εἶναι*; v. 21 *ἀριλάγυρον δέ· ἢ γὰρ ἀριλαγγρία*. pg. 5,12 et 21. quapropter esse legendum suspicor: *οὔτε δὲ νέον οὔτε πρεσβύτερον· οὐδέτερος γὰρ ἀσφαλής, ὁ μὲν νέος, ἵνα μή ... τόλμαν, ὁ δὲ πρεσβύτερος, ἵνα μή τι ... ἐλλείπη.* — Quae si recte constitui, unus nobis relinquitur locus pg. 8,25 quo hiatus post *ἐπειδὴ* Onesander non evitasse videtur: *τὸ μὲν εὐγενὴς ἐπὶ τούτων προχρητέον ... τὸ δ' ἐν εὐπορίᾳ, ἐπειδὴ ἀναλώσαι τε καὶ δοῦναι στρατιωτικῆς οἱ ἐκ περιουσίας δυνατοί, χορηγία δ' sq.* atque hoc loco si non necessaria, aptissima tamen inserta esse *γέ* particula videtur.

Porro a scriptore *π. ἕψ.* libelli vidimus non esse admissos post *μέντοι* et *καίτοι* hiatus. idemque in hoc nostro libro occurrere cognoscimus. unus quidem ob stare locus videtur in praefatione pg. 3,6 *καίτοι οὐκ ἠγγόγκα*, sed quoniam a libri *π. ἕψ.* scriptore semper ut cum hiatum vitaret scriptum esse *καίτοι γε* conspeximus et unus hic, quo *καίτοι* antepositum vocali est, locus in strategico extat, Onesandrum quoque scripsisse *καίτοι γ' οὐκ* opinor. — *Ei* ante vocales non video nisi

duobus locis positum, qui dubitationis nihil habent pg. 51,²⁰ τῷ ἐπιχειρήσει καὶ δοκεῖν πεποιθέναι, εἰ ἐδυνήθησαν et pg. 13,¹⁹ εἰ ἐν ἐπείγηται τι φθάνειν συντομώτερον, εἰ ἀσφαλές εἶναι νομίζοι καὶ νίκτωρ. excusantur enim hiatus, quia non potuit alio modo verba sine hiatus scriptor conlocare.

Quasi uno tandem conspectu eos qui intercedente pausa fiunt hiatus perlustremur. quorum mirum est quantulus, si π. ὕψ. scriptum libellum comparaveris, ex toto strategico conlegi numerus possit. quin etiam ubi interpunctione maxima diremptae periodi sunt (quibus locis qualemcunque libri π. ὕψ. scriptor hiatus admisit) hiatus omnes Onesandro ita evitavit, ut tribus tantum locis longae ante illam interpunctionem vocales, si vocalis subsequitur, reperiantur pg. 36,²⁵ τρέπεσθαι. Ἐχέτω δέ ποιν. pg. 51,⁹ καιρὸν ἀπολείπει. οὔτινες δέ pg. 60,³² πόλιν ἀλῶναι. Εἰ δὲ δὴ sq. — Eodem modo rarissime ante sententias adversativas verba posuit quae longa vocali finiebantur (ante ἀλλά sexies ut pg. 19,²⁹ μὴ μῆ κεχρήσθω γνώμη· ἀλλ' εἰν et pg. 54,¹³ μὴ ἀναβάλλεσθαι, ἀλλ' ὡς ὅτι μάλιστα φθάνειν; ante δέ ter ut pg. 55,⁵ ὁ μὲν γάρ . . . ὁπότ' ἂν αὐτῷ δόξη, ὁ δ'), saepius ante γάρ ut pg. 9,¹⁶: κρεῖττον οἶεσθαι νοηθῆναι· ἀνάγκη γάρ, interdum ante pronomina relativa ut pg. 36,²¹ ἄλλων ἄλλοι, ἐφ' οὓς 29,² ὀφθῆναι, ὅποῖον δεῖ 10,²⁹ οἱ δ' ἐχθροί, οὔτινες ποτ' ἂν ὦσιν, ante ὡς ut 9,⁸ 10,¹, ὅτι 59,¹⁰ ὥστε 61,²⁴ ἴνα 8,¹³, ἐπειδή 8,²⁵, ante εἰ: 57,¹² 37,²³, εἰν 12,². 5. 27,²⁴. 28.

Perraro denique ubi apodosis protasin excipit, hiatus ab Onesandro admissus est ut 7,⁸ ὥσπερ . . . ἔχει, οὕτως καὶ σκοπεῖν. atque post insertam quandam quam dicunt parenthesin ut pg. 6,²⁷. 57,¹⁷. 61,²⁸. 62,⁴, cum ante eam, ubi saepius in libro π. ὕψ. scripto hiatus repperimus, omnes consilio vitatur evitasse.

Omnibus his spero intellegi easdem fere leges, quas libri π. ὕψ. scriptor in admittendo aut vitando hiatus adhibuerit, Onesandrum quoque secutum esse, at multo tamen illo rarius excepta una ἦ particula ipsos eos quos licuit hiatus admisisse, immo inusitatis praetulisse verborum uti structuris et conlocationibus quam hiatus efficere. quibus cognitis id quidem dubium non erit, quin nullo modo coniciendo debeant in Onesandri textum hiatus inferi, praesertim cum conlatis praestan-

tissimis AB codicibus multos videamus qui in ceteris (v.) ex-
tabant esse sublato. cuius rei exempla videas haec:

pg. 3,³² v: ταῖς φυσικαῖς μὴ ἀνθελκόμενος — AB: μὴ
ταῖς φ. ἀ.

pg. 12,¹⁰ ἡ κατὰ νότον δεινὴ μάχη ὁμοίως καὶ προφανῆ —
AB: ἡ ... μάχη καὶ προφανῆ.

pg. 14,⁵ ἡ τοῦ μέλλοντος δεινοῦ ἔσσεσθαι προσδόκία —
AB: ἔσσεσθαι δεινοῦ.

pg. 14,¹⁹ ἀκίνδονον ἢ οἴκοι — ABC: ἀκίνδονα ἢ τὰ οἴκοι.

pg. 18,¹⁴ χρήσθω ἐπὶ τὴν μάχην — AB: χρήσθων ἐπὶ.

pg. 24,⁹ τοῦτοις οἱ ὑποτεταγμένοι ἴσασιν — AB: οἱ ὑπο-
τεταγμένοι τοῦτοις.

pg. 25,¹⁰ τῶν παρόντων μέλλη, ἀνάγκη — AB: μέλλη τῶν
παρόντων.

pg. 27,³⁰ ἀπολελεῖσθαι ἐξάγειν — AB: ἀπολελεῖσθαι τὸ
ἐξάγειν.

p. 29,³² φόβω, εἰ δυνήθῃ ἐφόδω λαβεῖν — AB: δυνήθεις
πη λαβεῖν.

pg. 37,⁸ ἀποχορῆν δοκῆ αὐτῷ, ἐκπέμψαι — A: αὐτῷ δοκῆ.
B: αὐτῷ δοκεῖ.

pg. 42,⁵ ἀστραπὴν πολέμον ἀνιεκπέμπτει — AB: πολέ-
μου προσεκπέμπτει.

pg. 59,²³ ἄργυριος ἔστω ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς — AB: ἐστὼς
ἐπὶ τοῖς.

pg. 61,²⁷ σπεύδειν ἀποτιθέσθαι — οἱ γὰρ ὀξεῖς — AB:
ἀποτιθέμενον — οἱ γὰρ.

Paucissimi contra sunt ei loci, quibus quem AB praebent
hiatum, non praebent ceteri, eorumque pluribus ipso sensu
mendam in AB esse ostenditur ut pg. 23,⁶ μὴ προαγέτω εἴτε
δεικνύτω (v. μήτε), pg. 26,⁶ τῶν δὲ ἐποχωρούντων (v. τῶν δ'
ὑπ.), pg. 58,¹² κελεῦσαι ἐφεδρεῖν (v. κελεύσας ἐφεδρεῖν). —
restant duo loci pg. 52,⁴ τὸν πόλεμον αὐτῷ ἐπίπονον, ubi ex
eis quae exposui dubitari non potest quin recte in v. αὐτῷ
conlocatum post ἐπίπονον sit, et pg. 58,⁸ ὅσ' ἂν ἰκανὰ εἶναι
οἱ δοκῆ κατὰ τὴν sq. (ita εἶναι οἱ praebet B, εἶναιοι A). ceteri
omnes tantum εἶναι δοκῆ quod esse rectum existimo. nun-
quam enim quantum vidi pronominis formam οἷ, semper αὐτῷ
scripsit Onesander, quod hoc loco propter hiatum scilicet ne-
glexit.

Videamus iam novos eos quos coniciendo Koechly in

textum intulit hiatus non posse retineri (praetereo enim quos in commentarii critici notis proposuit ad cap. I, 8, pg. 4,²⁴ *ἡ ἀνδρία ἀσπίσι πολλαῖς* et ad cap. XLII, 14, pg. 59,²⁶ *ἕνα τῶν αὐτῶ ἐν δόξῃ*), quorum de compluribus supra iam diversis locis dictum est, ut pg. 6,^s *στρατηγῶ οὐδεμία* et pg. 10,²³ *τὰ παρ' αὐτῶ ἔπαντα ποιήσαντα*. pg. 8,²¹ scripsit Koechly *κὰν ἀπὸ τῶν χρημάτων μετ' εὐγενείας ὄγκος* quod ferri in strategico posse nego. hiatus autem codicum nullus praebet. quod quidem in *v* legitur *ἀπὸ τῶν χρημάτων*, id adparet sensui nequaquam sufficere; recte codicibus AB traditur *ἀπὸ τῶν χρημάτων*. *ἀπὸ* autem non intellectum facillime potuisse in *ἀπὸ* mutari non est quod moneam. at potestne ante *ὄγκος* articulus deesse? deesse si nequit, equidem illum post *χρημάτων* intercidisse crediderim: *κὰν ἀπὸ τῶν χρημάτων ὁ μετ' εὐγενείας ὄγκος*.

Sequitur pg. 9,^s locus qui omnium miserrime esse corruptus et a librariis interpolatus videtur.

(δὲ αὐ καὶ *v*)

ABC: *αἰρεῖσθω δὲ ἦτοι συνέδρους, οἳ [καὶ *v*] μεθεξέουσιν αὐτῶ*

(αὐτῶ Korais — ἦ *v*)

πάσης βουλῆς καὶ κοινοπήσουσι γνώμης αὐτοῦ οἱ τοῦτον

(Kor.: ἀκολουθήσαντες)

ἕνεκα ἀκολουθήσουτες ἢ ἐξ αὐτῶ τῶν ἡγεμόνων τοῦς

(*v*: ὅστε (τε))

ἐντιμοτάτους μεταπεμπόμενος συνεδρεῖτω, ὡς ἂ γέ

δεῖ ἂ ἐννοῆσαι (ἐννοῆσαι M) μὲν μελετᾶν μόνος

(ὅστε ἔτε C) *τις ἂν ἐννοήσῃ μὲν μόνος τὰ αὐτοῦ βε-*

δὲ οὐ τὰ αὐτοῦ βεβαίως οἰκειοῦται).

βαίως οἰκειοῦται.

Mea de hoc loco sententia haec est: in aperto esse opinor *οἱ τοῦτον ἕνεκα ἀκολουθήσουτες* nulla ratione potuisse a libri scriptore addi, sed a librario, idem fortasse de *αὐτοῦ* vel *αὐτῶ* quod prorsus supervacaneum est dicendum erit, quamquam de hoc verbo nihil statuum. periodi finem recte puto in AB codicibus esse traditum, falsissime autem a Koechlyo post *αὐτοῦ*: *οὐ* interpositum, quod ibi nullus, ABC codices omnino non praebent. — (*οὐ τὰ αὐτοῦ* in *v* suspicor mutatum esse ex *ὡς τὰ αὐτοῦ* quod bene puto a Koechlyo restitutum esse) intellegere enim equidem non possum quid sibi velit *οὐ τὰ αὐτοῦ βεβαίως οἰκειοῦται* nec quod Koechlyo posuit *ὡς τὰ αὐτοῦ οὐ βεβαίως οἰκειοῦται*. — *οἰκειοῦσθαι* significat: sibi aliquem (aliquid) *οἰκεῖον* facere, sibi conciliare; sensus igitur

mea opinione alius esse non potest quam is: arcessitis . . .
ducibus concilium imperator habeto ut quaecunque solus quis-
que excogitaverit, ea itidem sicut sua ipsius consilia firmis-
sime sibi conciliet (vindictet). scribendum igitur propono:
αἰρεῖσθω δὲ ἥτοι συνέδρους, οἳ μεθέξουσιν αὐτῷ πάσης βου-
λῆς καὶ κοινωνήσουσι γνώμης ἢ ἐξ αὐτῶν τῶν ἡγεμόνων τοὺς
ἐντιμοτάτους μεταπεμπόμενος συνεδρευέτω, ὡς ἄγε τις ἂν ἐν-
νόησῃ μὲν μόνος, ὡς τὰ αὐτοῦ βεβαίως οἰκειοῦται.

pg. 49,⁵ locum et ipsum corruptissimum Koechlyi muta-
tionibus emendatum esse nolim concedere. recte enim omnino
non sunt periodi partes: μάλιστα μὲν . . ., ἥκιστα δὲ . . . op-
positae et, quod ad ipsa verba attinet, hiatus δοκῆ αὐτοῖς,
ad quem vitandum semper fere τούτοις aut σφίσι scriptum
reperies, nequaquam debuit in textum inferri.

pg. 50,¹³ ingeniosissime quidem quae codicibus tradita
sunt, at false tamen mutavit editor. leguntur enim in omnibus
haec quae, ut mihi quidem videtur, nihil omnino praebent quod
vel suspiciosissimum offendant: ἡ γὰρ τῶν πέλας καταφρόνησις
ἀμελεία σφίσι γίγνεται τῶν οἰκείων, οὕτως τε πολλὰς τὰ εὐ-
τυχήματα πλείον ἔβλαψε τῶν δυστυχμάτων. Koechly quia in
AB legi ἀμελείας σφίσι cognovit, intercidsisse post γίγνεται
αἰτία coniecit parum animadvertens talem hiatus non posse
ab Onesandri manu profectum esse. ante σφίσι autem facil-
lime vides potuisse librarii incuria ἀμελείας poni.

Nunc denuo libellum perlustrantes paucissimos videbi-
mus hiatus restare. atque primus in libelli praefatione vehe-
menter offendit locus pg. 2,¹⁵ et ¹⁶ ἀλλ' ἀνόητοι οἳ καὶ τὰ
σφάλματα τῆς τύχης ἐγκλήματα μόνως ποιοῦμενοι, οὐ τῆς
τῶν στρατηγούντων ἀμελείας. quorum hiatus alter (ποιοῦμε-
νοι, οὐ) excusari intercedente pausa, alter (ἀνόητοι οἳ) nulla
ratione potest. singularem cui nihil obstat numerum si ponamus
(ἀνόητος ὁ . . . ποιοῦμενος), quo offendaris non remanet.

pg. 17,¹⁰ ἵκανῆ γὰρ στρατοπέδοις ἄνεσις, κἄν σφόδρα τα-
λαίπυροι ὧσιν non dubito quin ταλαιπωροῶσιν scribendum sit.

pg. 18,¹ οἳ δ' ἐν μελέτῃ τῆς μουσικῆς ἀνεπιτηδεύτως ἤδη
ἐρροθμισμένη τῇ χειρὶ sq. quod aliis locis ubi ἤδη posuit di-
ligentissime evitavit, hoc non potuit Onesander admittere.
num forte ἤδη delendum est?

pg. 47,¹⁹ incerta lectio est, quoniam AB καὶ αἱ ἄλλαι αἱ
κατὰ νόμους παρ' ἐκάστοις ἡγεμονίαι, v καὶ ἄλλαι αἱ κατὰ νό-

μους praebent. quare scriptum fuisse opinor καὶ αἱ ἄλλαι κατὰ νόμους.

pg. 55,³¹ *ταραχαὶ τε καὶ θόρυβοι γίνονται οὐδενὸς δυναμένον σωφρονεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις* — conferas quaeso pg. 57,²¹ *ἅπαντες οἱ κατὰ τὰς κλίμακας μηδενὸς ἀποκωλύοντος ἁδῶς ἐπιβαίνουσι*, quo loco conspicitur etiam nostro esse *γίνονται μηδενὸς δυναμένον* legendum.

pg. 58, quae pagina plurimos in toto libello hiatus continet, v. 6 legitur: *εἰ δ' ἐν τάχει σπεύδοι τις ... καὶ ἀντὶ κάμιοι ἢ δύναμις*, intellegi autem non potest cur hoc loco scriptor nulla coactus necessitate hiatus effecerit. potius igitur verborum conlocationem esse mutatam putarim atque restituendum καὶ ἡ δύναμις ἀντὶ κάμιοι.

de v. 8 supra dictum est, sequitur v. 12 *εὐθὺς τῷ μὲν πρώτῳ προσβαλλέτω τάγματι τῷ δευτέρῳ κελεύσας ἐφεδρεῦειν καὶ ἐτοίμῳ εἶναι, τῷ δὲ τρίτῳ ... παραγγελλέτω τρέπεσθαι κατὰ κοῖτον* (alter AB codicibus hiatus traditum *κελεύσας ἐφεδρεῦειν* quem unusquisque videt librario tribuendum esse). *ἐτοίμῳ εἶναι* ab Onesandro scriptum esse non potest. atque rarissima est illa *κελεύειν τινὶ ποιεῖν τι* structura, contra semper fere accus. c. inf. reperitur itaque dubium mihi quidem non est quin etiam hoc loco fuerit scriptum *τὸ δεύτερον κελεύσας ἐφεδρεῦειν καὶ ἐτοιμον εἶναι*, quod facillime praesertim cum et antecederent et sequerentur dativi casus (*τῷ μὲν πρώτῳ ... τῷ δὲ τρίτῳ*) a librario potuisse mutari quis non videt?

v. 20 lectio vulgaris est: *μετὰ τοὺς δευτέρους τὴν ἴσην ὄραν τοῖς πρώτοις ἀγωνίζεσθαι ἄξει τὸ τρίτον*; AB praebent *ἔξει* quod per se quidem nihil valet locum tamen corruptum esse ostendit. levissima mihi emendari mutatione videtur: *ἀγωνίζεσθαι τάξει τὸ τρίτον*.

Restant pg. 63 in ultimo strategici capite duo loci aperte corrupti, quorum priorem v. 7 ita legimus in Koechlyi editione constitutum: (*ὁ στρατηγὸς*) *ἔστω μὴ βαρὺς ἐπὶ ταῖς ἐπιπραγίαις, ἀλλ' εὐφορτος (ἄφορτος AB et Korais con. ἄφρητος v) μηδὲ τύφον ἀπηρῆ περιφέρων, ἀλλ' εὐμένειαν προσφιλῆ ἔχων· ὁ μὲν γὰρ φθόνον ἐγέννησεν, αὐτὴ δὲ ζῆλον ἐλεσπάσατο.* — propter hiatus adparet *προσφιλῆ ἔχων* recte sese non habere, sed alia etiam gravior quae suspicionem moveat causa subest. nonne magnopere languidum illud *ἔχων* est nihilque valet.

immo paene moleste post *τύφον ἀπηνῆ περιφέρων* videtur adiunctum? accedit quod quae in textum Koechly recepit in nullo codice leguntur, omnes enim praeter AB praebent: *ἀλλ' εὐμένειαν προσφιλή· ἐκεῖνα μὲν γὰρ φθόρον ἐγέννησαν, αὐτὴ δὲ* sq., AB autem: *προσφιλή ἔχονα* (ἅ fere scriptum ut *οὐ* in B) *μὲν γὰρ*. equidem etiamsi in deterioribus codicibus *ἐκεῖνα μὲν γὰρ ... ἐγέννησαν* librario cuidam esse tribuendum opinor, qui hoc modo corruptum sese locum restituere posse arbitrabatur, recte tamen pronomen *ἐκεῖνος* mihi videtur ab eo inventum esse. saepius in ipsis nostri libelli codicibus *εἶων* et *εἶων* eorumque similia commutata sunt; id ipsum quod in B *ἔχων οὐ* videtur scriptum esse meam spero firmabit opinionem etiam in eo exemplari quod codicum AB librariis in manibus erat illud verbum iam fuisse corruptum. mihi igitur persuasissimum est nihil aliud hoc loco fuisse scriptum quam quod primum legenti erit obvium: *μηδὲ τύφον ἀπηνῆ περιφέρων, ἀλλ' εὐμένειαν προσφιλή· ἐκεῖνος μὲν γὰρ φθόρον ἐγέννησεν, αὐτὴ δὲ ζῆλον ἐπεσπίασατο*. qua mutatione hiatus quidem retinemus, sed talem, qualem etiam ab Onesandro saepius esse admissum supra demonstravimus.

Finem faciat extrema totius libelli sententia pg. 63,17: *ἀνὴρ οὖν ἀγαθὸς οὐ μόνον πατρίδος τε καὶ στρατιωτικοῦ πλήθους ἄριστος ἡγεμὼν, ἀλλὰ καὶ τῆς περὶ αὐτὸν εἰς αἰεὶ εὐδοξίας ἀκινδύονου οὐκ ἀνόητος στρατηγός*. ne ingeniosissimus quidem interpretes ultima opinor qualia nunc sunt verba explicabit: „bonus vir non patriae solum et exercitus optimus dux est, sed etiam sempiternae suae ipsius gloriae non periculosae peritissimus imperator“. at hoc ni magnopere fallor Onesander voluit: bonus vir non solum patriam et exercitum, sed etiam suam gloriam bene regere scit. itaque gloriam si potest regere, illa ei non periculosa fit (*ἀκινδύνος*), nihil autem significat: bene gloriam non periculosam regere potest. quae si concedas in aperto esse opinor, verbum *ἀκινδύονου* nullo modo posse defendi; quo deleto et optimum sensum restituimus et in nullo hiatu offendimus, is enim qui restat consilio videtur a scriptore admissus esse *εἰς αἰεὶ εὐδοξίας*. quare illa verba mutare non ausim. legendum igitur propono: *ἀλλὰ καὶ τῆς περὶ αὐτὸν εἰς αἰεὶ εὐδοξίας οὐκ ἀνόητος στρατηγός*.

De admissis aut evitatis ab utroque scriptore hiatibus ex omnibus eis quae commentatione mea exposui haec spero intelleguntur:

Vitavit hiatum uterque, maiore Onesander sollicitudine Admiserunt hiatus:

- | | | |
|--|------------------|----|
| 1) post <i>καί</i> omnesque <i>articulos</i> . . . | pg. 69 et pg. 85 | |
| post et ante <i>ἦ</i> (saepius Onesand.) . . . | 72 | 85 |
| (rarissime ante <i>εἴτε</i> et <i>ὄντε</i>) . . . | | 86 |
| post <i>δή</i> et <i>ἐπειδή</i> raro . . . | 73 | |
| (nunquam ut videtur Onesander). . . | | 86 |
| perraro post <i>εἰ</i> . . . | 74 | 87 |
| <i>non</i> ut videtur post <i>μέντοι</i> et <i>καίτοι</i> . . . | 73 | 87 |
| 2) intercedente pausa: | | |
| ante interpunctionem maximam . . . | 74 | |
| (paucissimis locis Onesander) . . . | | 88 |
| <i>raro</i> ante sententias adversativas,
causativas, relativas, explicativas . . . | 75 | 88 |
| ubi protasin apodosis excipit . . . | 75 | 88 |
| ante et post parenthesin . . . | 76 | |
| (non nisi post parenthesin Ones.) . . . | | 88 |
| ubi aliorum verba adferuntur . . . | 76 | |
| (nullum est apud Onesandrum exem-
plum). | | |

OBSERVATIONES PLAUTINAE ET TERENTIANAE.

SCRIPSIT

OSCAR BRUGMAN.

Hic lectus huius lectus.

In Prisciani inst. gramm. libr. VI. 73. (I p. 257 H.) haec leguntur: „et si ante *tus* alia sit sub eadem syllaba consonans, etiam corporalia quartae sunt declinationis, nisi sint propria vel mobilia ut hic fluctus huius fluctus, hic caestus huius caestus, hic rictus huius rictus, hic victus huius victus. excipitur hic lectus, ἡ *zλίγη*, huius lecti, quod tamen etiam *Iuvis lectus* antiquissimi protulerunt, Cornificius in I de etymis deorum: *ipsis vero ad Cereris memoriae novandae gratia*¹ *lectus sternuntur*². Plautus in Amphitruone:

Quam lectus ubi cubuisti concaluit locus.“

quamquam in illo Amphitruonis versu (513) etiam Vetus C. *lectus*³ exhibet, tamen Fleckeisenus scripsit *lecti*⁴ quoniam:

Prius abis quam lectus ubi cubuisti concaluit locus metri propter necessitatem stare nequit. sed liquet antiquam formam, quae non solum grammatici testimonio sed etiam codicum scriptura comprobetur, tenendam et versui alio modo succurrendum esse. quapropter quod iam dudum Bothius fecit, transpositis verbis scribendum erat:

Prius abis quam *ubi cubuisti lectus* concaluit locus quo etiam *lectus*⁵ propius ad eam vocem accedit, quacum coniunctum est. aliud lectus quartae decl. vestigium idem Vetus tenuit qui Trin. 651 pro *in lecto*⁶ *intellectu*⁷ praebet, quod sine dubio librario debetur *in lectu*⁸ scripturam archetypi non intellegenti; itaque restituendum puto:

1 Hertzius perperam »gratiam«; »gratia« et pars codicum et iam nonnullae editiones veteres; »ad Cereris« nimirum pro »ad aedem Cereris« velut apud Ciceronem legitur »ad Opis«, »ad Castoris«.

In foro operam amicis da, ne *in lectu* amicae ut solitus es
deinde in Ter. Haut. 125:

Inde alii ¹⁾ festinare lectos sternere.

Vaticani scriptura *lectus*²⁾ fuisse videtur²⁾ et ex iis quae Eun-
593 codd. exhibent, Bembinus: IN LECTVLO CONLOCARVNT,
Donatus: in lecto collocarunt, Victorianus: in lecto illae con-
locarunt, reliqui rec. Calliop. libri: in lectū illae conlocant,
elucet has diversas scripturas ex una genuina *in lectu conlo-*
*carunt*²⁾ natas esse, ut iam Faernus dubitanter suspicatus est.
lectus autem quartae decl. aequae atque ex Bembino verbo
*lectulus*²⁾ etiam aliis locis e manu scriptis depulsum esse cla-
mat Prob. Cathol. p. 29 K. (Claud. Sacerd. p. 58), cuius qui-
dem loci notitiam Buechelero debeo: „ctus, si fecerint aliud ex
se genus, cti faciunt genetivo, rectus recti, lectus lecti, erectus
erecti; non facientia aliud genus quartae erunt declinationis,
hic rictus huius rictus, hic luctus huius luctus; excipitur
unum quod quamvis non faciat ex se genus, tamen cti facit
genetivo, lectus lecti, non ut quidam imperiti *Iuuius lectus*²⁾.
Nam Cicero: *me in meo lecto*²⁾ qui ablativus ab i littera ter-
minato genetivo venit, non us; et Terentius:

Et lectos sterni iube et parari cetera

accusativus os terminatus a genetivo venit i terminato, non us.“
in loco e Terentio petito, qui extat Ad. 285, codd. exhibent:

Et *lectulos* iube sterni nobis et parari cetera,

apud Ciceronem autem in Cat. I. 4,⁹⁾ „reperi sunt duo equites
Romani qui te ista cura liberarent et sese illa ipsa nocte paulo
ante lucem *me in meo lectulo* interfecturos esse pollicerentur.“
apparet his duobus locis *lectus*²⁾ et *lectu*²⁾ scriptum fuisse, quas
formas obsoletas grammaticus ille a quibusdam imperitis tan-
tum probari iudicans formis alterius decl. compensare sibi visus
est, librarii autem vel recensores deminutivo substituto dele-
verunt. atque Ciceronis locus, ubi deminutivum ne ad sensum
quidem quadrat, facile mutatur, apud Terentium autem post vo-
cem *lectus*²⁾ aliquid intercidisse aut manum recensoris praeter
modum grassatam putemus necesse est. hoc praesertim dolen-
dum est, quod illius verbi casus alterius decl., quorum syllabae

¹⁾ sic scribo Benteleium secutus.

²⁾ Umpfenb. in app. crit.: *lectus* C, ut videtur²⁾.

sive numero sive mensura a quarta decl. diversae diversam habent vim ad leges versus, partim raro partim nusquam apud Plautum Terentiumve adhibiti sunt. neque enim genetivi nec dativi singularis nec genetivi pluralis numeri exemplum invenies, nominativus autem numeri pluralis uno tantum loco Bach. 756 extat. lectus quartae decl. igitur quamquam metro nusquam poscitur, in propatulo tamen est etiam in parte eorum locorum fuisse, ubi nunc casus alterius decl. traduntur. necnon pro nobis faciunt duo verba a stirpe *lectu* derivata *lectuarius* et *lectualis*, quae ita ut de scriptura dubitari nequeat leguntur apud Nonium 537,20: „plagae grande linteum tegmen quod nunc torale vel *lectuariam* syndonem dicimus“ et in Possidii vit. Aug. cap. 22: „vestes eius et calceamenta vel *lectualia* ex moderato et competenti habitu erant.“ praeterea persaepe media aetate voces *lectuarium* et *lectuale* usurpatae sunt, quorum locorum multitudinem praebet Du Cange et Carpentarii gloss. med. et inf. Lat. ex omnibus autem quae protuli sequitur ut lectus non modo a Plauto Terentioque quarta declinatum sit, sed per totam lafinitatem in usitato quidem sermonis genere, neque dubito quin qui in scriptoribus legendis hoc curent etiam alia exempla huius usus inventuri sint.

Ter. Phorm. 174 sqq.

Cui de integro est potestas etiam consulendi, quid velis:
Retinere amare amittere: ego in eum incidi infelix locum
Ut neque mihi ius sit amittendi nec retinendi copia.

Bentleius qui primus intellexit verba *retinere amare amittere* recte se non habere proposuit: *retinere amare amittere*; Schmiederus contra ac Bothius scribi iubent: *retinere amorem an mittere* quas coniecturas quamvis per se aptissimam efficiant sententiam, stare tamen vix posse arbitror. eum enim sequens versus sit:

Ut neque mihi ius sit *amittendi* nec *retinendi* copia

veri parum simile est in priore versu simplex *mittere* positum fuisse. *Amittere* compositum igitur etiam v. 175 servandum erit. aliud proposuit Umpfenbachius qui Euphrasii explicatione loci haec: „revocat comparationem Antipho et haec

[caussa], ut meliorem feliciorumque dicat Phaedriam, quod in potestate habeat omnem consultationem utrum velit mittere an vero retinere“ nisus scripsit: Retinere an vero amittere. sed Eugraphium accuratam Terentianorum verborum paraphrasin proponere noluisse ex eo elucet quod et verborum retinere et amittere ordinem mutat et simplex mittere exhibet compositi loco. quamquam igitur Eugraphii verba coniecturam Umpfenbachii nullo modo confirmant, tamen fatendum est ex anvero facile amare fieri potuisse. sed propius ad codicum scripturae similitudinem accedimus, cum ex amare elicimus an a te, quae mea coniectura haud paullum stabiliri mihi videtur collatis versibus 506 et 507:

Mihin domist? immo id quod aiunt auribus teneo lupum.
Nam neque quo pacto *a me amittam* neque uti retineam scio.
prorsus enim cum Bentleio plurimisque recentioribus editoribus faciendum puto qui versum 507 ad eius loci de quo agitur similitudinem fictum rati proscripserunt. huius igitur versus artificem v. 175 an a te legisse manifestum est.

Gravissima corruptela, quam nemo dum quantum video animadvertit, inquinatus est Hec. 493:

Tibi id in manu est ne fiat. L. Si sanus sies
Iube illam redire e. q. s.

in protasi enim elocutionum hypotheticarum Terentius semper indicativo utitur, si verbum apodoseos est imperativus praesentis, cuius rei exempla collegit Liebig. in programme Goerlitz. a. 1863. p. 19. imperativus enim prorsus ratione caret, si protasis subiunctivo posito in dubitationem vocatur. etiam Donatus in sies offendit, cum dicit: „si sanus sies iube illam redire pro si sanus es; nam aliter iubeas dicere debuit.“ Vestigia autem veri servaverunt libri recens. Calliop., quorum plerique si sanus satis sies exhibent et F.: si sanus
si
es satis quibus nisus proposuerim:

Tibi id in manust ne fiat. L. Si satis sanus es
Iube illam redire e. q. s.

DE PICTURA QUADAM EIDEM FORMAE VASCULARI

EADEM SEMPER FERRE INDUCTA

SCRIPSIT

FRIDERICUS DE DUHN.

Quo maior in dies eorum fit numerus qui Ritschelii nostri olim Bonnensis neglegunt illud sine philologiae lumine caecutire archaeologiam, neque archaeologia sua totius antiquitatis et hominum qui ante nos fuerunt scientiam comprehendendi ducunt — eo illi relapsi unde profecta philologia nostra hac praecipue disciplina Bonnensi adiuta ad libertatem quandam et amplitudinem tandem pervenit —, eo acriore studio futuris nobis philologis Bonnensibus servandum est quo utramque et literarum veterum et monumentorum scientiam coniunctam esse Welcker et Iahn docebant artum vinculum nec dissolubile. atque etiam hodie studiorum illam societatem Bonnae vigere et optimorum praeceptorum auspiciis et auctoritate adjuvari ne huic libello documentum desit quamvis exiguum, picturam vaseularem quam in tabula subiuncta expressam vides hac commentatiuncula ausus sum illustrare.

Vas est formae incertae, incertae originis, ubi nunc sit incertum, cuius imaginem instituti Romani iussu olim delineatam egregia qua est benevolentia Heydemann transmisit. collum anthemiiis ornatum est. feminam vides solito more vestitam, quam vir armatus persequitur. dextram versus illa fugit brachia anxia porrigit caput retorquet: ab Apolline excipitur, qui adstat areu instructus lauro innixus. ad sinistram altera femina perterrita aufugit.

Permiram habes imaginem: quid, quaeris, Apollini cum femina quam vir sectatur sive odio sive amore incensus? neque enim casu aliquo commotum pictorem induxisse Apollinem sed certo consilio adductum, id similis imaginis exemplis

infra collatis demonstrabitur. itaque summo nostro iure Apollinis figuram ita proponemus, ut inde profecti quid pictor exprimere voluerit colligamus. atque in primis amphora Nolana in comparisonem vocanda est, olim comitis Lamberg, nunc¹ collectionis Vindobonensis, quam ediderunt Laborde² et Migliarini³, enumeraverunt Kekulé⁴ et Heydemann⁵: eam enim amphoram qui ornavit pictor Helenam expressit quae Menelaum persequentem fugit, petit Apollinis statuam arae et lauro interpositam. maritus autem pulchrae uxoris nova admiratione subito correptus gladium quem cadentem videmus manu emisit: sic in amorem convertitur quae instabat caedes crudelis. qua de fabula lepidissima unde ad rubrorum vasorum pictores pervenerit verba nunc faciam non opus est postquam Adolphus Michaelis nos docuit⁶ in ipso Parthenone ubi cuique pictori Atheniensi ante oculos erat eam esse expressam. videmus quidem in Parthenone duabusque picturis vascularibus — altera Vuleis reperta nunc Romana altera Gnatiae nunc Parisina — Venerem intercedentem quae Helenae patrocinetur Menelai animum Amore adiuvante convertat, sed ea nullo modo nos impedit quo minus credamus fuisse sive ipsos artifices sive poetas, qui Helenam finxerint ad Apollinem confugisse cuius in summa arce Troiana inelutum sacrum erat: Apollinem enim ab Homero iam docti erant si quem alium deum Troianis semper favisse, Apollinem sciebant Hectorem e pugna submovisse ne ab Achille contra quam diis consultum esset necaretur, Achillem occidisse qui eius aram Thybraeam Troili morte polluerit, Paridem cum pri-

¹ von Sacken und Kenner »die Sammlungen k. k. Münz- und Antikencabinets« p. 200, 114.

² Vases Lamberg II 34.

³ Annali dell' Ist. 1849 tab. D.

⁴ Annali dell' Ist. 1866 p. 395, 3.

⁵ Iliupersis p. 30, 5 A. aliam picturam quam ediderunt Millin et Overbeck (Galerie heroischer Bildwerke tab. XXVI 11) Vindobonensis amphorae imitatione recenti ortam esse rectissime indicaverunt primus anonymus »Classical Journal« XXXVII Iunii mensis p. 206 (cf. Lehrs »populäre Aufsätze« p. 22*), tum Raoul-Rochette »Monuments inédits« p. 338, 2. cf. de Laynes »description de quelques vases peints« ad tab. XLII et Heydemann l. c.

⁶ Der Parthenon p. 139.

num agnosceretur ne statim trucidarent Troiani religiosi iam olim intercessisse.¹ voluisse autem pictorem Menelaum repraesentare qui odio abiecto amore incensus Helenam suam persequitur, id mihi certum fit ipsius brachio dextro non porrecto quo Helenae fugientis umerum capessat — qualem amatorem qui puellam sectatur huius notae pictores semper finxisse infra videbimus — sed longe relicto: digiti autem aperti sunt. difficillima sane quaestio existeret, cur a more pictoribus solito noster recesserit, nisi aliae picturae vasculares adessent complures² quae nos docerent Menelao cum Helenam recuperatam persequeretur subito amore correpto e manu aperta longe relicta gladium esse elapsum. talis³ nostro quoque pictori ante oculos erat imago, sed gladium omisit, seu neglexerit ille seu curaverit ne puellam quam sinistram versus fugientem ante iam pinxerat turbaret. qualis omissionis aliud exemplum adest luculentissimum lecythus Nolana elegantissime picta nunc Raphaelis Giordano Neapolitani (alt. 0, 405), cuius Brizio mentionem⁴ fecit, sed parum ille accuratam quippe qui in nostrae lecythi collo ea conspicui diceret quae in alia eiusdem collectionis lecytho (alt. 0, 385) quam ipse insequenti pagina descripsit repraesentata sunt. nostrae lecythi collum non nisi anthemii ornatum est: vides autem Menelaum barbaturum brevi chitone cineto chlamydeque quae de sinistro umero pendet vestitum galea clupeeque armatum, qui magno passu sinistram versus procedit Helenam petens quae solitis vestibus induta fugit quidem sed

¹ Nam tragici cuiusdam poetae Euripide inferioris ingenium produnt quae Dracontius nuper repertus VIII 184 sqq. narrat.

² Quas composuerunt Kekulé et Heydemann locis citatis.

³ Aliud non datur, si quidem Helenam pictorem intellexisse Apollo qui adest recte nobis videbatur indicare. nusquam enim in rubris vasculis liberiore arte confectis Menelaum invenies infesto animo Helenam ipsam adgredientem qualem eum pinxit Pamphaeus: semper gladium ille manu emittit. qua ipsa de causa ea opinio stare non potest quam Heydemann »Iliupersis« p. 19, 10 de tribus picturis vascularibus Appulis protulit. (quibuscum iuvat comparare quam Matz nuper denuo edidit in monumentorum Romanorum vol. IX tab. 34 statuam Barberiniam) conferas etiam quae verissima Conze dixit in annalibus Romanis anni 1862 p. 273 ant. med.

⁴ Bullett. dell' Ist. 1871 p. 155 sq.

faciem retorquet pallamque removet ac semet ipsa quam formosa sit Menelao ostentat: ille attonitus infestum animum ponit: gladium autem eum emisisse digitis dextrae manus longe relictæ apertis expansisque certissimum fit quamquam ipse gladius in vasculo hodie non conspicitur. permirus quidem humor est quem Amor advolans Menelao offundit — oculos mallet Brizio omisisset — sed nulla causa mihi cum vas inspicerem videbatur adesse cur vel humorem eum vel ipsam lecythum in suspicionem vocares.

Quodsi de gladio quem pictor omiserit recte disputavimus omni dubio exemptum est quin picturam non ipse invenerit sed ad exemplum quod sibi ante oculos erat composuerit, id quod ipsi fabulae de Apolline ab Helena petito maiorem auctoritatem adicere quisque videt.

Pergratum autem accidit ut picturam nostram etiam altiore ab origine repetere liceat: extant enim vasculares imagines non paucae quae eisdem figuris quattuor continentur: virum vides barbaturum sive iuvenem, inermem armatumve, qui puellam insequitur: illa cursu veloci alium virum seniore[m] petit barbaturum scepro instructum, qui tranquille adstat neque ita curare videtur puellam perterritam. altera autem puella post virum persequentem in fugam praecipitem se vertit. quae picturae pleraeque tales sunt ut certam aliquam fabulam pingentibus observatam esse vix contendas, nonnullas levi habitus commutatione admissa ad notarum narrationum similitudinem aperte confingebant: fere omnes in eiusdem formae et artis vasis reperiri quanti momenti sit postquam sub unum omnes conspectum composuerimus facile perspicias. sunt autem vascula quorum nec lineamenta pulcritudine neque imagines ulla singularitate neque ipsa aetate quadam remotiore ita praestabant, ut post tot talesque picturas vasculares arte et imagine insigniores inde ab anno huius saeculi duodecimesimo in Etruria Campania alibi protractas satis digna viderentur in quae viri docti qui vasis edendis et describendis operam navabant animum acrius adverterent. unde factum est, ut pauca tantum edita sint, nec minima pars ab editoribus qui lineamentis reddendis curam impendebant nondum satis accuratam, nedum ipsas vasorum adderent formas. pleraque vero in museis singulisque collectionibus adhuc latent, quae non omnia mihi innotuisse non ita miraberis.

sufficient tamen haec quibus quicumque vasorum collectiones perlustraverit facili opera alia adiciet:

1. Amphora formae Iahnianae 54 Heydemannianae 100 originis incertae, nunc ¹ musei Neapolitani 2423 (olim 1510). alt. 0, 46: vir barbatus chitone et chlamyde indutus vittatusque puellam quae dextram versus fugit tunica pallaque vestitam diadematum insectatur: sinistra eam cupit arripere, dextra duas hastas tenet: anxia illa caput retorquet ambasque manus alte sublatas viro obicit. ante eam senex barbatus sceptro munitus tranquille adstat. post raptorem alteram vides puellam tunica pallaque indutam et capite vittatam, quae terrore correpta sinistram versus aufugit. in aversa parte: tres iuvenes pallio involuti. summo quidem iure Welckerum² reiecissem quem Itali inferebant Boream Orithyiae cupidum quisque videt: sed aliam quoque quam Iahn³ proposuit Heydemann non improbat de Iove amatam quandam puellam capessente explicationem omni iusta causa carere aliorum vasorum similitudine docebitur.

2. Amphora eiusdem formae Agrigenti anno huius saeculi vicesimo sexto a Raphaeli Politi inventa, quam ille Petro Bellotti amico donavit. ubi nunc sit, ne ipsius quidem Raphaelis filius potuit indicare. ediderunt eam Politi⁴, Raoul-Rochette⁵ — qui ipse amphoram vidit —, Inghirami⁶; vir barbatus sueto more vestitus duabus hastis armatus puellam solitis vestibus indutam sinistram versus fugientem insequitur. ante eam senem vides barbatum sceptro munitum, dextram versus altera puella aufugit. in aversa parte: tres iuvenes pallio involuti. neque ullo modo cum principe editore de Aiace et Cassandra nec de Peleo et Thetide cum aliis⁷ esse cogitandum qui alia vasa comparaverit quisque videbit.

¹ Novissimus eam descripsit Heydemann »Die Vasensammlungen des Museo nazionale zu Neapel« p. 302. contuli ipse.

² Alte Denkmäler III 164, 6.

³ Archacologische Beiträge p. 32, 6s.

⁴ »Viaggiatore di Girgenti« 1826 ad pag. 60. imaginem repetiit ad peculiarem quem de hoc vasculo conscripsit libellum »Illustrazione di un vaso fittile rappresentante Cassandra ed Ajace d' Oileo« Panormi anno 1828 editum.

⁵ Monuments inédits tab. II.

⁶ Vasi fittili IV 378.

⁷ Raoul-Rochette l. c. p. 12 sqq. Inghirami l. c. p. 107 sqq.

3. Amphora eiusdem formae in Siciliae parte orientali reperta¹ nunc musei Syracusani, ubi vidi. alt. 0, 39: iuvenis imberbis duabus hastis armatus sola chlamyde vestitus, cui petasus in cervice pendet, puellam insequitur. illa quam dextra cupit arripere, stola pallaque induta sinistram versus fugit caput anxia retorquet manus porrigit. ante eam senex ille barbatus et togatus conspicitur baculo innixus, post iuvenem altera puella eodem quo socia modo vestita effugit. in aversa parte: tres iuvenes pallio involuti.

4. Non hastis sed gladio destrecto² armatum habes iuvenem imberbem qui puellam insequitur senem versus ad sinistram currentem, alteram terret quae post ipsum aufugit, in vase olim collectionis Hamiltonianae secundae, quod ubi inventum sit hodie extet nemo tradidit. edidit Tischbein,³ disseruit de eo unus quod scio Zannoni⁴, qui de Menelao Helenam recuperatam persequente cui Agamemno patrocina-retur, cogitavit. at — ut alia mittam — Menelaum quis nobis persuaderet iuvenem imberbem Helenam recepisse? formam quidem editor ut solebat non indicavit, sed quin eadem quae aliis vasculis sit causa est cur dubitemus nulla.

5. Amphora incertae originis nunc⁵ musei Neapolitani collectionis Sant-Angelo 35. alt. 0, 44 (forma ad Heydemannianam 100 propius accedit quam ad 99). collum non solito opere cancellato⁶ sed apio conserto ornatum est, atque in oris margine leonem qui aprum adsultat pictor bis effinxit. aversa amphorae pars omni caret ornamento: solos iuvenes vides quattuor pallio involutos. in adversa autem parte iuvenis conspicitur imberbis ac nudus, galea et duabus hastis quas sinistra tenet armatus, cuius corpus totum fere magnus quem

¹ Fortasse in valle Hipparina ubi haud longe a Camarina vetere urbe apud hodiernum *Comiso* oppidum eiusdem formae et artis vasa in fundis Guastellanis inveniri docuit qui museo Syracusano nunc praecest Arezzo di Targia vir humanissimus.

² Conferas e. c. Millin peintures de vases I 44. Welcker »Alte Denkmäler« III tab. XIV.

³ Vasi Hamiltoniani racc. sec. I 20 = Tischbein Vases peints ed. Paris. I 20.

⁴ Illustrazione di due urne Etrusche e di alcuni vasi Hamiltoniani. Firenze 1812 p. 52.

⁵ Descripsit Heydemann in catalogo Neapolitano p. 644. contuli ipse.

⁶ Videas infra p. 109.

eodem brachio sinistro gestat clupeus tegit: sinistram versus feminam persequitur stola pallaque indutam capite vittatam. caput illa retorsit, dextram prae se sustulit (sinistra palla velatur). at iamiam dextram collo eius iuvenis imposuit, cuius pes dexter inter utrumque puellae pedem iam conspicitur. ad sinistram sedentem vides senem barbatus scepro instructum, ad dextram puellam aufugientem.

6. Amphora quae ubi inventa sit hodieve adservetur non constat, olim collectionis Hamiltonianae secundae. ediderunt eam Tischbein¹ et Inghirami:² iuvenis imberbis galea clupeo hastis duabus armatus puellam sinistram versus fugientem sectatur. ante eam senem vides barbatus, post iuvenem puellam aufugientem. in aversa parte: tres iuvenes pallio involuti. Hermionam Neoptolemum Menelaum Italinski, Fontani et Zannoni³ Helenam Menelaum Agamemnonem videbant. formam editores non tradidisse non impedit quominus amphoram ceteroquin aliis simillimam huc referam.

7. Amphora Rubis inventa, olim Casanovae Neapolitani, quam descripsit Schulz:⁴ miles plena armatura munitus puellam insectatur, quae senem petit adstantem. post militem altera puella aufugit. iam patere opinor quo minimo iure Schulz de Menelao cogitaverit qui Helenam persequeretur, id quod a Iahnio olim video repetitum⁵.

8. Amphora eiusdem formae Rubis (Heydemanno quidem auctore) inventa, nunc⁶ musei Neapolitani 3115. alt. 0, 39: miles barbatus brevi chitone indutus galea magnoque clupeo qui medium corpus tegit fere totum et hasta quam eadem manu sinistra tenet armatus puellam insequitur quae cincto chitone simplice sine manicis vestita est, vitta violacea ornata. fugit illa sinistram versus, manus pectori impositae sunt, vultus retorti. at ille dextra sua puellae umerum dextrum iam videtur attigisse. nec persecutorem defendet senex barbatus scepro munitus qui ante puellam tranquille adstat. post

¹ Vasi Hamiltoniani racc. sec. IV 47 = Tischbein Vases peints ed. Paris. IV 27.

² Vasi fittili IV 379.

³ l. c. p. 52 sq.

⁴ Bullett. dell' Ist. 1836 p. 114.

⁵ In praefatione catalogi Monacensis p. XLI 237 d.

⁶ Descripsit Heydemann in catalogo Neapolitano p. 472 contuli ipse.

militem altera puella fugit, summo terrore correpta. in aversa parte: tres iuvenes pallio involuti.

Eis igitur quas nunc perlustravimus imaginibus certam aliquam fabulam pictores longe aberant quin exprimere voverint: docet — ut alia taceam — iam viri illius qui feminam persequitur forma lubentissime mutata: iuvenis barbatus imberbisve, inermis sive armis instructus puellam cupit habere quae defugit quidem ad patrem, sed ille persequentem non repellit quem gaudet sibi generum esse futurum: sola quae virgini mox nupturae amica olim erat altera puella perterrita loco cedit: illa abhorret raptorem maritum qui amicam virginem fortasse sororem nunc abducturus est: nolo ego vasorum nuptialium memoriam ingratham¹ quae non immerito obruta nunc iacet et iacebit resuscitare, sed priscarum nuptiarum quae virgine a futuro marito vi et armis rapta sanciebantur umbram quandam ad primos usque harum picturarum inventores esse delatam quis negabit?² nec deerant, qui ad certarum fabularum exempla traditam sibi hanc picturam levissima qua persecutorem afficiebant mutatione ita conformarent pictores, ut de certis quibusdam diis heroibusve puellarum studiosis repraesentandis eos cogitavisse dubium esse non possit.

Atque adsint testimonio vasa haec:

1. Amphora de cuius origine et possessore nil constat. edidit eam Tischbein³, formam non addidit: iuvenis imberbis caduceo instructus puellam sinistram versus fugientem persequitur: ante eam senem videmus, post iuvenem puellam fugientem. Mercurium pictor spectabat qui puellam nescio quam sectaretur.

2. Amphora eiusdem formae in Lucania inventa olim collectionis Fittipaldi Anxinae nunc apud Vincentium Barone Neapolitanum, ubi vidi. alt. 0, 42: puellam quae dextram versus fugit, solito more vestitam, diademate radiato ornatam

¹ De quibus videas quae pauca quidem sed egregia scripsit Welcker »Alte Denkmäler« III p. 189 sq.

² Conferas etiam quae Gerhard dixit »Archaeologische Zeitung« 1865 p. 115 sq.

³ Vasi Hamiltoniani racc. sec. IV 41 = Tischbein Vases peints ed. Paris. III 51, unde repetierunt Lenormant et de Witte »élite céramographique« III tab. XCV.

nudus puer alatus qui pedibus solum vix tangit insectatur. Amor est a quo virgo cruciatur¹. adstat senex barbatus scepro et regio habitu insignis: post Amorem altera puella territa aufugit. in aversa parte: tres iuvenes pallio involuti.

3. Amphora eiusdem formae in Sicilia reperta olim collectionis Panettieri Agrigentinae nunc² regiae Monacensis 748: Boreas longe barbatus magnis alis instructus brevi chitone indutus magno saltu Orithyiam aggreditur diadematam, quam manibus iam capessit: manum illa sinistram tollit, vultus retorquet. adstat ei vir iste priscus et barbatus vittatus scepro instructus, post Boream puella abit virum versus barbaturum alterum pallio involutum (quem in hoc solo vase vides additum). in aversa parte: vir barbatus pallio involutus scepro munitus et tres feminae longe vestitae.

4. Amphora eiusdem formae Vulcis reperta olim collectionis Pizzati Florentinae nunc³ musei Britannici 1276. ediderunt eam Gerhard⁴ et Roulez:⁵ Boreas barbatus alatus, mitra pellicea et amplo pallio indutus quod totum corpus firmo quasi velo obtegit, Orithyiam magno passu agreditur, solito more vestitam, quae dextram versus fugit: post Boream alteram videmus puellam effugientem, verum ante Orithyiam non priscum illum virum pictor repraesentavit, sed puellam Orithyiae sociam diadematam. quam permirum esset neque ipsam fugere sed tranquillam adstare, nisi aliis vasis comparatis nos nunc sciremus, senis vice eam fungi. ecce mutationem perquam memorabilem: parum apte Orithyiae cum a Borea raperetur virum adesse pictor sentiebat quidem, sed nondum audebat ab eo quod expressit exemplari adeo recedere ut puellam quam seni supposuit alio vinculo et vividiore etiam

¹ Conferas eiusdem formae et artis amphoram musei Britannici 1419.

² Descripsit Iahn in catalogo Monacensi p. 233 cf. Stephani »Boreas und die Boreaden« (Mémoires de l'Acad. Impér. des sciences de St. Pétersbourg VII série Tom. XVI n. 13) p. 8, 2.

³ Descripserunt Birch-Newton »A Catalogue of the greek and etruscan vases in the British Museum« vol. II p. 22. cf. Welcker »Alte Denkmäler« III p. 186, 11. Stephani »Boreas und die Boreaden« p. 9, 11.

⁴ Auserlesene Vasenbilder III tab. CLII 3. 4.

⁵ Bulletin de l'Académie de Bruxelles VIII, 8.

conecteret cum aliis figuris. itaque vel hoc uno exemplo quam firmam rationem ei pictores qui huius formae atque artis vasa ornabant semper secuti sint satis superque docemur. neque enim praeter id quod praemisi vas Monacense (3) in aliis quae Orithyiam a Borea raptam ostendunt vasculorum picturis satis multis — quae tamen alius omnes formae sunt — usquam invenies senem illum Orithyiae adstantem aut tali qua huius vasculi pictor usus est necessitate remotum¹. lepidissima quidem verba sunt quibus Welcker nostrae picturae Boream advolantem descripsit, sed vereor ne pictoris ingenio ille tribuerit quod minore eius membra humana et motus veritatem reddendi facultate ortum est. in aversa parte: tres iuvenes.

Denique ad res Bacchicas exprimendas nostra compositione usi sunt pictores duo:

5. Amphora eiusdem formae prope ab Agrigento reperta olim collectionis Coghill. edidit Millingen:² satyrus barbatus baccham longe vestitam corripuit, quae dextra facem thyrsus sinistra tenet: effugere illa studet amatoris amplexus, vultus retorquet. ante eam, ad dextram, satyrus barbatus tranquille adstat, post satyrum puellae cupidum alteram vides baccham totam vestitam: sed illa non fugam petit, quippe quae non eo quo castae virgines ac puellae horrore timeat maritos lascivosque amatores. in aversa parte: tres iuvenes.

6. Amphora in Graecia ut videtur reperta nunc³ Athenis in domo prope ab Erechtheo adservata. num olim Aegineticae collectionis fuerit⁴ nescio: satyrus ithyphallicus bacchae amore correptus facem portantem dextram versus fugientem sectatur. post satyrum altera baccha sinistram versus aufugit. senem seu satyrum eius vice funeturum pictor omisit.


¹ De oenochoa quadam Vulcis reperta olim Durandii (de Witte catal. Durand 213) nunc musei Britannici 870 (Birch-Newton l. c. I p. 315, Welcker »Alte Denkmäler« III p. 164, 5, Stephani »Boreas und die Boreaden« p. 8, 4) nunc non dico: habes quidem virum quendam barbatum, qui post Boream saxo insidet, quem tamen longe alio modo suspicor esse explicandum: sed haec huc non faciunt.

² Peintures antiques de vases grecs de la collection de Sir I. Coghill tab. XVI. XVII.

³ Notavit Michaelis »Archaeologische Zeitung« 1861 p. 199*.

⁴ Cf. Kekulé, »Die antiken Bildwerke im Theseion« p. VI.

Haec sunt quae quaerenti mihi sese obtulerunt eiusdem imaginis in eiusdem formae vasis expressae exempla. nec pauca sunt nec talia quae e suo ipsius ingenio pictor denuo quisque potuerit fingere. immo dubium non est quin imaginem ab aliis traditam quisque acceperit et levissime forsán immutatam eisdem semper vasis impinxerit. atque auctoritatem quandam communem eos pictores omnes esse secutos etiam mira eiusdem formae et artis societate demonstratur qua ea quae nunc perlustravimus vasa coniuncta sunt ut videtur omnia: formam — quae non ita crebra invenitur — iam supra indicavi esse hanc:



amphorae omnes sunt satis magnae — altae centimetros 38—46 — quorum ansae ori adhaerent et binis pilis ut ita dicam columnisve ventri coniunctae sunt, unde Itali nomen eis dederunt *vaso a colonnette* id quod Britanni receperunt *krater with columnar handles*. omni vero iusta causa caret quo Panofka et Gerhard eas instruebant *κελέβη* nomen, quo de vaseulo veteres iam grammaticos quale fuerit dubitavisse testis est Athenaeus¹. atque eodem aut certe simillimo picturae et ornamenti genere insignes sunt rubri generis amphorae fere omnes: latum quod os inter et ventrem est collum opere can-

¹ XI 475 c—f (ἀδελγον δὲ ποῖον εἶδος ἔστι ποιηρίου).

cellato ornatum est, quod nigri colore flavo rutilove fundo non dubito quin formis quibusdam mechanicis (*schablonen*) usi pictores illeverint: saepius autem accidit ut soli lateri principali eam transennam impictam videas, eodemque quo totum vasculum vernicio nigro et splendido aversum collum imbutum. nam omnino aversas partes mirum quantum huius notae pictores neglexerint, qui figuras rarissime ita disponent, ut fabulae cuiusdam memoriam aut huius vitae certam aliquam actionem tibi videaris deprehendisse: plerumque noti isti tres iuvenes conspiciuntur pallio involuti, rudissime picti, interdum puellae tres quattuorve aut iuvenes et puellae promiscuae. — paullo accuratius in adversa parte ornanda plerumque versati sunt, quamquam neque ibi plures quam quattuor — rarissime quinque — figuras usquam pictas invenies: quae hanc legem nostrae formae amphorae perpaucae excedunt, nigris figuris ornatae sunt¹. persaepe limbo quodam — nigris lineis ternis duplici punctorum serie divisus —, qui non dubito quin ramus olim fuerit, adversae partis imaginem rubram, rarius oris quoque marginem circumscriptum videmus. atque ipsae figurae artem produnt quae per longam annorum seriem et doctrinam iam decurrerat, et artifices peritissimos quidem delineandi et pingendi exercitatos, sed non tales qui pristinum illum morem leporemque amplecterentur quo pictores vasorum Athenienses accurata subtilique arte eius puleritudinis umbram suis picturis olim inferre studuerant, quam Polygnotum aliosque principes artifices videbant esse adsecutos: frustra in his picturis quaesieris lineas eas levissimas vernicio quodam inductas quibus antea pictores singulas corporis formas indicabant, frustra armaturae ornamenta, ve-

¹ De Witte catal. Durand 145 (cf. Keil anal. epigr. p. 172), catal. Campana saepius. ceterum non nisi raro inveniuntur neque extra Etruriam — quod equidem scio — huius formae vasa nigris figuris — et eis parum strenue et constrictae pictis — ornata, qua de re penes Brunnium erit iudicium. quae qui confecerunt pictores nomina figuris saepe adscripserunt plus minus confusa: nullae vero in huius generis vasis rubris inscriptiones leguntur, nisi quod ter literas quasdam Graecas pictor illeverit unde tamen sensum vix efficias ullum: catal. Campana IV 289. 420. XI 40 nunc Petropolitana: Stephani »Die Vasensammlung der kaiserlichen Ermitage« 1713. (cf. tab. X s. n.). 1629. 1602 (cf. tab. IX s. n.).

stium plicaturas crines dispositos tanta cum diligentia singulatim pictos, frustra formas corporis ita expressas, ut ostensae magis vestibus pellucidis viderentur quam velatae, frustra denique motus illos vividos et perspicuos, quibus omne quid ageretur dubium pristini pictores spectantibus ademerant. contra nostri quam traditam accipiebant certam certarum figurarum compositionem facili manu repetebant et lepido quo erant ingenio leviter immutabant, id quod melius quam nova quae forte confingerent eis pictoribus cedebat, quos Appulae luxuriae nondum adsuetos tempus iam coepit deficere veterem morem accuratum cum tantam vasculorum farraginem in usum cotidianum adornarent diutius persequi.

Inventae autem sunt huius formae et generis rubri levioris amphorae tam in ipsa Graecia quam in regno Bosphorano — sed ibi adhuc non nisi duo nunc¹ Petropolitana — Etruria Lucania Apulia Sicilia². mirum igitur in modum quae eadem forma et arte coniuncta sunt vascula columnata locis ubi reperta sunt videmus esse diversa cum alia tum ea, quae eadem omnia imagine leviter immutata viri puellam persequentis sene adstante altera puella aufugiente ornata sunt. est autem tam singularis omnium iste vasorum consensus et eadem imago cum una atque eadem forma semper coniuncta, ut vix tibi persuadeas, communem quam ex eadem origine olim pictores Etrusci Campani Apuli Lucani Siculi Graeci acceperint consuetudinem tam severe semper eos potuisse retinere, ut eandem formam eandem imaginem artem denique eandem tam miro inter se omnes consensu conservare potuerint: immo statuendum nobis erit eadem origine ipsas eas amphoras omnes esse prognatas, indeque, ex ipsa fortasse

¹ Stephani »Die Vasensammlung der kaiserlichen Ermitage« 1872. 2186, qui idem edidit amphoras in antiquitatum Bosphori Cimmerii tab. XLVIII 4. 5. et vol. II p. 160.

² Unam etiam Selinunte in necropoli occidentali inventam esse nunc Panormitanam (Bullettino della commissione di antichità e belle arti di Sicilia V tab. 5, 1 et p. 117) non miraberis si alia vascula nunc Panormitana in eadem quam Cavallari apud Manicalungam nuper detexit necropoli inventa consideraveris quam serum tempus redoleant omnia. cf. Diod. XIII, 63, 3. XXIV 1, 1. Holm in »Bullettino della commissione di antichità e belle arti di Sicilia« IV p. 11, Benndorf »Die Metopen von Selinunt« p. 9 et 14, 6.

Graecia, eodem fere omnes tempore saeculo opinor a. Chr. n. quarto quovis gentium esse exportatas. neque inutile spero fore novum hoc documentum quo iterum demonstratur quam verissime Iahnus de communi etiam viliorum vasorum plerorumque origine et tempore semper iudicaverit, praecipue ubi ea quae ex amplissima vasorum congestorum materia inter se prudenter comparata confecerat composuit in praefatione catalogo Monacensi praemissa pag. CCXXXVIII—CCXL.

Atque eam imaginem cuius congressi exempla artifices amphoris columnatis impingere adeo adamabant, ut aliis vix dubium sit quin non intulerint nisi posteriore tempore vel ubi columnata vasa ad manus forte non erant. nam eius imaginis quam totiens repraesentatam vidimus in columnatis, in alius formae vasis adhuc non potui reperire nisi quattuor exempla, duo prioris illius generis, quibus pictorem Brunianum illum ¹ *ratto di donna* potius quam certa nomina spectavisse vix negabis, duo ubi traditas figuras ita commutavit, ut certam fabulae alicuius memoriam facili opera deprehendas:

1. Amphora formae 59 Heydemannianae alt. 0, 49 Capuae inventa nunc Raphaelis Giordano Neapolitani, ubi vidi: iuvenis imberbis cluqueo duabusque hastis munitus puellam insequitur quae sinistram versus fugit. ante eam iuvenem vides imberbem sola chlamyde de collo pendente vestitum. dextram versus altera puella aufugit.

2. Cylix formae 13 Heydemannianae, in Apulia inventa, olim collectionis Pourtalès nunc musei Berolinensis, quam edidit Gerhard ²: in interiore parte Triptoleum vides currui insidentem, in externa adversa Victoria domum intrans duobus ephebis potum offert, quorum alter alteri certaminis ut videtur absoluti praemium galeam victori praebet, vetere quodam seu paedagogo seu gymnasiarcho adstante. in aversa parte iuvenis imberbis praeter chlamydem nudus, galea cluqueo hasta armatus puellam solito more vestitam quae sinistram versus fugit, dextra cupit capessere: ante eam senex barbatus sceptro munitus magno passu accedit, dextram versus altera puella aufugit.

¹ Annali dell' Ist. 1857 p. 343. 346 sq.

² Archaeologische Zeitung 1865 tab. CCIV, ubi videas quae editor disseruit p. 113 sqq.

3. Stamnos (quam ollam Itali vocant) olim musei Campana¹, cuius imaginem Romae vidi apud institutum: Iuppiter barbatus chlamyde vestitus qui dextra minacis instar fulmen alte tollit, puellam insequitur sinistraque umerum eius iam videtur attigisse. illa dextram versus fugit, vestem sinistra sublevat, caput anxia retorquet. ante eam senex barbatus baculo instructus miratus incedit, post Iovem altera puella aufugit. in aversa parte: duo iuvenes puellaeque duae. quod si certa esset quam in vase nunc² Panormitano repraesentatam Heydemann suspicatus est Semelen nostrum quoque pictorem intellexisse facile putaris: sed mihi quidem Semele ista num re vera pictori Panormitano observata sit, perquam dubium est.

4. Huc referendum est vas illud incertum in tabula subiuncta expressum, unde omnis nostra disputatio profecta est: cuius imaginem qui invenit, seni adstanti Apollinem substituit, itaque levi hac mutatione admissa nostram eis picturis aptavit, ubi Menelaus videbatur qui Helenae pristino amore denuo incensus gladium manu emisit.

¹ Cataloghi Campana IV 58. comparès eiusdem musei Campana ollam XI 34 et eam instituti iussu olim delineatam.

² *Archaeologische Zeitung* 1870 tab. 31, 23.

Index commentationum.

Observationes criticae ad L. Annaei Senecae opera minora: scripsit Fridericus Schultess phil. Dr.	p. 1
Qua vice Nestoris et Ulixis personae in arte rhetorica functae sint: scripsit Carolus Reinhardt nuper sem. sen. . . .	p. 12
Epigraphica: scripsit Georgius Kaibel phil. Dr.	p. 20
Ancedoton Lugdunense eclogas e tragoediis Senecae continens: edidit Fridericus Leo sem. sen.	p. 29
Critica: scripsit Hermannus Diels phil. Dr.	p. 61
Quas rationes in hiatu vitando scriptor de sublimitate et One- sander secuti sint: scripsit Hermannus de Rohden nuper sem. sod. ord.	p. 68
Observationes Plautinae et Terentianae: scripsit Oscar Brug- man sem. sod. ord.	p. 95
De pictura quadam eidem formae vascolari eadem fere semper inducta: scripsit Fridericus de Duhn nuper sem. sen. . . .	p. 99



Auf 1/2 verkleinert.

FREIE UNIVERSITÄT
BERLIN
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK

Bei Adolph Marcus in Bonn sind erschienen:

CARMINA HOMERICA
IMMANUEL BEKKER

EMENDABAT ET ANNOTABAT.

A. 1858.

VOLUMEN PRIUS: **ILIAS.** 2 $\frac{2}{3}$ Thlr.

VOLUMEN ALTERUM: **ODYSSEA.** 2 Thlr.

HOMERISCHE BLÄTTER

VON

IMMANUEL BEKKER.

BEILAGE ZU DESSEN CARMINA HOMERICA.

ERSTER BAND (1863) 1 Thlr. 25 Sgr.

ZWEITER BAND (1872) 1 Thlr. 20 Sgr.

ARISTOTELIS
METAPHYSICA

RECOGNOVIT ET ENARRAVIT

HERMANNUS BONITZ.

2 PARTES.

Preis: 4 $\frac{1}{2}$ Thlr.

Pars I. Textum II. Commentarium cont.

EMPEDOCLIS AGRIGENTINI
FRAGMENTA

DISPOSUIT RECENSUIT ADNOTAVIT

HENRICUS STEIN.

Preis 15 Sgr.

Q. HORATII FLACCI
OPERA OMNIA

RECOGNOVIT

ET COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM

INSTRUKIT

GUIL. DILLENBURGER.

EDITIO QUINTA: ADDITA EST TABULA VILLAE HORATIANAE.

Preis: 1 $\frac{2}{3}$ Thlr.

D. IUNII IUVENALIS
SATIRAE

CUM

COMMENTARIIS

CAROLI FRID. HEINRICHI.

ACCEDUNT

SCHOLIA VETERA

EIUSDEM HEINRICHI ET LUDOVICI SCHOPENI

ANNOTATIONIBUS CRITICIS INSTRUCTA.

2 VOLUMINA.

Preis: 4 $\frac{3}{4}$ Thlr.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ Η ΛΟΓΓΙΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΥΟΥΣ

DE SVBLIMITATE LIBELLVS
IN VSVM SCHOLARVM

EDIDIT

OTTO IAHN.

Preis: 16 Sgr.

PAUSANIAE

DESCRIPTIO

ARCIS ATHENARUM

IN USUM SCHOLARUM

EDIDIT

OTTO IAHN.

ACCEDIT FORMA ARCIS AB ADOLFO MICHAELIS DESCRIPTA.

Preis: 18 Sgr.

PLATONIS

S Y M P O S I V M

IN VSVM SCHOLARVM

EDIDIT

OTTO IAHN.

Preis: 20 Sgr.

SOPHOCLIS

E L E C T R A

IN VSVM SCHOLARVM

EDIDIT

OTTO IAHN.

EDITIO ALTERA CVRATA AB ADOLFO MICHAELIS
LIBRI LAVRENTIANI SPECIMINE PHOTOLITHOGRAPHO AVCTA

Preis: 1 Thlr. 6 Sgr.

Aus der

Alterthumswissenschaft

Populäre Aufsätze

von

Otto Iahn.

Mit 8 lithographirten Tafeln und einigen Holzschnitten.

Groß Octav, geheftet: 2 $\frac{1}{2}$ Thlr.

Etymologisches

Wörterbuch

der


Romanischen Sprachen

von

Friedrich Diez.

Dritte verbesserte und vermehrte Auflage.

2 Bände. 4 $\frac{1}{2}$ Thlr.



Proc. Linn. Soc. New South Wales I July 1873

10. Sept. p. 1323

7

173

7

Freie Universität Berlin



5269130/188

